An. et vol. CXII **3 Aprilis 2020** **N. 4**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE DECRETALES

Litterae decretales de peracta Canonizatione aequipollenti beati Francisci de Laval.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis» (*Mt* 28, 19-20).

Spiritui Sancto obnoxius, Franciscus de Laval totum se Domino dicavit, Evangelium nuntians non modo Lutetiae Parisiorum, verum etiam in America septentrionali, in hodierna Canada, ubi Ecclesiam Quebecensem condidit.

In Francogallia Montiniaci apud Arvam, parvo in pago Carnutensis dioecesis, die XXX mensis Aprilis anno MDCXXIII natus est. Novem annorum puer apud collegium Iesuitarum *La Flèche* Litteras et Philosophiam discere coepit. Cum sacerdotalem vocationem perciperet, XIX annos natus ad collegium *Clermont* Lutetiae Parisiorum se contulit, theologica curricula completurus. Sacro ordine die I mensis Maii anno MDCXLVII est auctus. Lutetiae Parisiorum primus fuit eius apostolatus locus, ubi una cum nonnullis sacerdotibus vixit atque eorum est factus moderator spiritalis. Studiis operam dare perrexit atque anno MDCXLIX in iure canonico licentiam apud Universitatem Parisiensem est adeptus. Eius Episcopus eum archidiaconum Ebroicensem nominavit. Quinque annos ministerium illud gessit, omnes paroecias suffraganeas invisens, concionans item et fideles sustinens ut in

fide perseverarent. Anno MDCLIII "Consilium Conscientiae" reginae Annae Austriae Sanctae Sedi suasit ut Venerabilis Dei Servus Vicarius Apostolicus Tonchinensis in Asia nominaretur, sed adire Sedem illam non potuit, renuentibus Lusitanis, qui quaedam in illa regione iura sibi vindicabant. Ludovicus XIV novus rex, ipsius humanis spiritalibusque dotis permotus, ex Apostolica Sede quaesivit ut in longinqua terra illa Novae Galliae Vicarius apostolicus nominaretur. Sic Summus Pontifex Alexander VII, die III mensis Iunii anno MDCLVIII, eum Episcopum elegit titulo Petrensem atque ipse die VIII mensis Decembris eiusdem anni episcopalem ordinationem recepit. Subsequenti mense Iunio domicilium posuit Quebeci, quod erat coloniae Francogallicae in America septentrionali caput atque inibi episcopalem sedem posuit. Lata in illa regione pauci morabantur catholici Francogalli, complures indigenae tribus paganae aderant, quae facile alcoholicarum potionum mercatura alliciebantur, etiamtum in Canada ignotarum, et nonnullae religiosae communitates, quae saepe longe ab urbe principe aberant quaeque difficulter conveniri poterant.

Apostolicum Francisci de Laval studium omnes difficultates superavit atque die XVI mensis Martii anno MDCLXIII is dioecesanum Seminarium Quebecense condidit. Ille non modo pastoralem actionem in illa regione fulsit, sed voluit ut sacerdotes dioecesani religiosique, praesertim Societatis Iesu sodales, novas missiones in Acadia constituerent, in magnorum lacuum regione atque usque ad Novam Angliam, per Mississipi fluminis vallem. Ex intervallis suos presbyteros coadunavit, institutionem continuatam cleri ut curaret. Illis in annis graves propter labores aliquid infirmabatur, propterea quod complures difficultates instabant, paroecias inivisens illius latissimae dioecesis; sic, bonum Ecclesiae solummodo affectans, humillime anno MDCLXXXIV Episcopi Quebecensis munus deponere statuit, ita ut iunior Episcopus eligeretur qui onus illius interea latissimae factae et bene constitutae dioecesis sustinere posset. Eius successor, Excellentissimus Dominus Ioannes Baptista de la Croix de Chevrières de Saint-Vallier, Episcopus nominatus anno MDCLXXXVII, opera Decessoris magni fecit, Seminarium potissimum dioecesanum conditum, quaedam tamen immutans necessaria habita. Istud aegritudinem Venerabili Servo Dei attulit, qui tamen amore in Ecclesiam, cui dedit operam ut conderetur et amplificaretur, repletus, in successorem semper obsequio usus est, sic confirmans quo pacto communio ecclesialis et humilitas praecipuae essent virtutes. Peste correptus, quae in Canada anno

MDCCII ingruit, sanatus ipse in aegrotos curandos operae multum contulit, periculo et laboribus posthabitis, solida diutinaque precatione sustentatus. Licet aetate provectus et haud firma esset valetudine, Marianopolitanam urbem petiturus iter suscepit, ut Confirmationis sacramentum ministraret et filios suos spiritales rursus confirmaret. Postremo vitae anno in Seminario a se condito vixit, usque precans contemplansque necnon communitatis superioribus obsequens atque praeteritorum omnium honorum oblitus. Ad caelum petendum se comparabat. Christi Corpore suscepto, prorsus conscius et perquam devotus, die VI mensis Maii anno MDCCVIII, LXXXV annos natus, e vita cessit, lata sanctitatis fama ornatus.

Franciscus de Laval genti sibi commissae omnino se devovit atque suam per vitam paternam caritatem demonstravit. Ante Domini gregem verus Pastor semper gressus est, semitam sic ostendens ut veri Dei filii essent et ita Christi Iesu doctrinam sequerentur. Orationis fideique homo, post Divina Officia et sanctam Missam summo mane celebratam, multum temporis Iesu, sub specie panis vinique praesenti, adorando impertiebat. Fortis fuit vir et animosus, dignitatis humanae propugnator. Totis viribus alcoholicarum potionum cum Indis commercio obstitit, quae vera fuit illius temporis socialis pernicies. Heroica humilitas et infinita liberalitas, exemplar exstitit apud successores et omnes qui in Ecclesia Pastoris munus sustinent.

Eius sanctitatis fama effecit ut anno MDCCCLXXVIII Processus Informativus apud dioecesim Quebecensem institueretur, qui anno MDCCCXC est comprobatus. Bella quae saeculo XX exarserunt Causam retardarunt, usque dum die XXII mensis Iunii anno MCMLXXX in beatorum catalogo adscriberetur. Ecclesiae Dei in Canada pater cum haberetur, huius beati canonizatio flagranter observanterque est optata ab Episcopis, sacerdotibus et laicis illius regionis. Proinde de sanctitatis miraculorumque fama, quae huius insignis Episcopi recordationem comitatur, certiores sumus facti.

Itaque libenter occurrimus Conferentiae Episcopali in Canada, Venerabili Fratre Geraldo Cypriano Lacroix, Archiepiscopo Metropolitae Quebecensi, Venerabili Fratre Nostro Marco Ouellet, Congregationis pro Episcopis Praefecto necnon aliis Praesulibus et ecclesiasticis Institutionibus id petentibus.

Quapropter Nos Ipsi, audito Venerabili Fratre Nostro Angelo S.R.E. Cardinale Amato, Praefecto Congregationis de Causis Sanctorum, facultatem fecimus ut ad hanc rem procederetur. Parata *Positione super canonizatione aequipollenti*, de hoc consenserunt Patres Cardinales Episcopique in Sessione Ordinaria die I mensis Aprilis anno MMXIV coadunati.

Itaque, die III mensis Aprilis huius anni omnibus mature perpensis et certa scientia, divino auxilio invocato, statuimus ut cultus, huic strenuo Domini discipulo, nunc et deinceps ad totam Ecclesiam deferretur. Itaque ad Dei gloriam, ad exaltationem fidei et vitae christianae incrementum, apostolica Nostra ex auctoritate decernimus ut Franciscus de Laval, sanctus sit et statuimus ut Sanctorum Catalogo adscribatur ac pia devotione recoli et inter Sanctos Ecclesiae Universalis invocari debeat.

Volumus tandem ut haec Nostra deliberatio firma sit, immutabilis et irrevocabilis, atque exoptamus item ut laetanter et gratanter seu ab Ecclesiae pastoribus seu a fidelibus recipiatur, qui, lumen contemplantes quod ex virtutibus ac spiritali sapientia sancti Francisci de Laval manat, in Christum Crucifixum, Filium Dei hominisque Redemptorem amore magis ac magis flagrent ipsique, mirabilia sanctitatis eius exempla imitantes, in communione cum sanctis Apostolis Petro et Paulo omnibusque aliis caeli incolis alacriter in sanctitudinis semita procedere possint.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Aprilis, anno Domini bis millesimo quarto decimo, Pontificatus Nostri secundo.

EGO FRANCISCUS

Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 40.611

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MALDONADENSIS - ORIENTALIS ORAE - FODINENSIS

In Uruquaria dioeceses Maldonadensis - Orientalis Orae et Fodinensis in unam ac novam circumscriptionem ecclesiasticam uniuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae proficiat conversio salutaris ac caelestium ope disciplinarum ita mentium instructio, ut conversatio nostra sanctificetur et testimonium Domini fidele magis in dies sapientiam praestet parvulis. Quorum et in aerumnis memores quibusque comitati iter salutare incedentes, dum catholicae Ecclesiae in Uruquaria lugendas conspicimus vias, provida autem comparare curamus incrementa, postulationi Venerabilium Fratrum Miltonii Aloisii Tróccoli Cebedio, Episcopi Maldonadensis - Orientalis Orae, et Iacobi Raphaëlis Fuentes Martín, Episcopi Fodinensis, benigne concedere volumus, qui, collatis iudiciis Collegiorum Consultorum et Consiliorum Presbyteralium, ab Apostolica Sede enixe postulaverunt, ut, dioecesium utrique eorum adhuc concreditarum coniuncto territorio, una exinde ac nova circumscriptio ecclesiastica erigeretur.

Nosmet Ipsi, prospero praehabito voto Venerabilis Fratris Martini Krebs, Archiepiscopi titulo Taborentensis et Apostolici Nuntii in Uruquaria, atque Venerabilis Fratris Nostri Danielis Ferdinandi S.R.E. Card. Sturla Berhouet, S.D.B., Archiepiscopi Mertropolitae Montisvidei, necnon Venerabilis Fratris Arturi Eduardi Fajardo Bustamante, Episcopi Sancti Iosephi in Uruquaria atque Praesidis Conferentiae Episcopalis Uruquariae, preces ad Nos admotas excipiendas decrevimus.

Proinde, ad animarum saluti aptius providendum, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, statuimus ac decrevimus, ut dioecesis Maldonadensis - Orientalis Orae et dioecesis Fodinensis in unam ac novam coalescant circumscriptionem ecclesiasticam, Maldonadensem - Orientalis Orae - Fodinensem appellandam, integris servatis territoriis quae nuncusque ad utramque dioecesim pertinebant, nihil immutatis territoriis paroeciarum atque institutis ecclesiasticis cum suis bonis atque iuribus ad unamquamque dioecesim

sic coniunctam spectantibus. Eidem pariter dioecesi Venerabilem Fratrem Miltonium Aloisium Tróccoli Cebedio, hactenus sacrorum Antistitem Maldonadensem - Orientalis Orae, praeficimus Episcopum, cunctis consentaneis iuribus et privilegiis concessis secundum normas Codicis Iuris Canonici.

Novae sic coniunctae dioecesis sedem in urbe *Maldonado* decernimus, cuius cathedralis ecclesiae ibi iam exstantis, Deo in honorem sancti Ferdinandi dicatae, confirmamus dignitatem, tribuentes eodem tempore templo in civitate Fodinis sub nomine Dominae Nostrae ab Immaculata Conceptione exstanti titulum ecclesiae concathedralis. Hanc novam dioecesim metropolitanae Ecclesiae Montisvidei suffraganeam statuimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore eiusdem Ecclesiae metropolitanae subiectum.

Una posthac volumus sit Curia Episcopalis, sicut et Tribunal Ecclesiasticum, Collegium Consultorum, Consilium Presbyterale, Consilium Pastorale atque organa apostolatus et alia quaelibet instituta dioecesana iure canonico praevisa. Cetera vero secundum normas Codicis Iuris Canonici aliaque ecclesiasticarum legum praescripta temperentur.

Sacerdotes et diaconi, qui hucusque unicuique ex duabus dioecesibus nunc unitis incardinati erant, ipso facto adscripti censeantur novae dioecesi ex unione exortae.

Ad haec omnia perficienda praefatum Nuntium Apostolicum deputamus vel, eo a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Uruquaria pro eo gerentem, necessarias et opportunas iisdem tribuentes facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Hanc, denique, Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die secundo mensis Martii, anno Domini bis millesimo vicesimo, Pontificatus Nostri septimo.

Petrus card. Parolin
Secretarius Status

Marcus card. Ouellet
Praefectus Congregationis pro Episcopis

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*
Franciscus Piva, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 485.048

HOMILIA

Momentum extraordinarium precis in sacrario Basilicae Sancti Petri tempore pandemiae.*

«Venuta la sera».[1] Così inizia il Vangelo che abbiamo ascoltato. Da settimane sembra che sia scesa la sera. Fitte tenebre si sono addensate sulle nostre piazze, strade e città; si sono impadronite delle nostre vite riempiendo tutto di un silenzio assordante e di un vuoto desolante, che paralizza ogni cosa al suo passaggio: si sente nell'aria, si avverte nei gesti, lo dicono gli sguardi. Ci siamo trovati impauriti e smarriti. Come i discepoli del Vangelo siamo stati presi alla sprovvista da una tempesta inaspettata e furiosa. Ci siamo resi conto di trovarci sulla stessa barca, tutti fragili e disorientati, ma nello stesso tempo importanti e necessari, tutti chiamati a remare insieme, tutti bisognosi di confortarci a vicenda. Su questa barca... ci siamo tutti. Come quei discepoli, che parlano a una sola voce e nell'angoscia dicono: «Siamo perduti»,[2] così anche noi ci siamo accorti che non possiamo andare avanti ciascuno per conto suo, ma solo insieme.

È facile ritrovarci in questo racconto. Quello che risulta difficile è capire l'atteggiamento di Gesù. Mentre i discepoli sono naturalmente allarmati e disperati, Egli sta a poppa, proprio nella parte della barca che per prima va a fondo. E che cosa fa? Nonostante il trambusto, dorme sereno, fiducioso nel Padre – è l'unica volta in cui nel Vangelo vediamo Gesù che dorme –. Quando poi viene svegliato, dopo aver calmato il vento e le acque, si rivolge ai discepoli in tono di rimprovero: «Perché avete paura? Non avete ancora fede?».[3]

Cerchiamo di comprendere. In che cosa consiste la mancanza di fede dei discepoli, che si contrappone alla fiducia di Gesù? Essi non avevano smesso di credere in Lui, infatti lo invocano. Ma vediamo come lo invocano: «Maestro, non t'importa che siamo perduti?».[4] *Non t'importa*: pensano che Gesù si disinteressi di loro, che non si curi di loro. Tra di noi, nelle nostre

* Die 27 Martii 2020.
[1] *Mc* 4, 35.
[2] v. 38.
[3] v. 40.
[4] v. 38.

famiglie, una delle cose che fa più male è quando ci sentiamo dire: "Non t'importa di me?". È una frase che ferisce e scatena tempeste nel cuore. Avrà scosso anche Gesù. Perché a nessuno più che a Lui importa di noi. Infatti, una volta invocato, salva i suoi discepoli sfiduciati.

La tempesta smaschera la nostra vulnerabilità e lascia scoperte quelle false e superflue sicurezze con cui abbiamo costruito le nostre agende, i nostri progetti, le nostre abitudini e priorità. Ci dimostra come abbiamo lasciato addormentato e abbandonato ciò che alimenta, sostiene e dà forza alla nostra vita e alla nostra comunità. La tempesta pone allo scoperto tutti i propositi di "imballare" e dimenticare ciò che ha nutrito l'anima dei nostri popoli; tutti quei tentativi di anestetizzare con abitudini apparentemente "salvatrici", incapaci di fare appello alle nostre radici e di evocare la memoria dei nostri anziani, privandoci così dell'immunità necessaria per far fronte all'avversità.

Con la tempesta, è caduto il trucco di quegli stereotipi con cui mascheravamo i nostri "ego" sempre preoccupati della propria immagine; ed è rimasta scoperta, ancora una volta, quella (benedetta) appartenenza comune alla quale non possiamo sottrarci: l'appartenenza come fratelli.

«*Perché avete paura? Non avete ancora fede?*». Signore, la tua Parola stasera ci colpisce e ci riguarda, tutti. In questo nostro mondo, che Tu ami più di noi, siamo andati avanti a tutta velocità, sentendoci forti e capaci in tutto. Avidi di guadagno, ci siamo lasciati assorbire dalle cose e frastornare dalla fretta. Non ci siamo fermati davanti ai tuoi richiami, non ci siamo ridestati di fronte a guerre e ingiustizie planetarie, non abbiamo ascoltato il grido dei poveri, e del nostro pianeta gravemente malato. Abbiamo proseguito imperterriti, pensando di rimanere sempre sani in un mondo malato. Ora, mentre stiamo in mare agitato, ti imploriamo: "Svegliati Signore!".

«*Perché avete paura? Non avete ancora fede?*». Signore, ci rivolgi un appello, un appello alla fede. Che non è tanto credere che Tu esista, ma venire a Te e fidarsi di Te. In questa Quaresima risuona il tuo appello urgente: "Convertitevi", «ritornate a me con tutto il cuore».[5] Ci chiami a cogliere questo tempo di prova come *un tempo di scelta*. Non è il tempo del tuo giudizio, ma del nostro giudizio: il tempo di scegliere che cosa conta e che cosa passa, di separare ciò che è necessario da ciò che non lo è. È

[5] *Gl* 2, 12.

il tempo di reimpostare la rotta della vita verso di Te, Signore, e verso gli altri. E possiamo guardare a tanti compagni di viaggio esemplari, che, nella paura, hanno reagito donando la propria vita. È la forza operante dello Spirito riversata e plasmata in coraggiose e generose dedizioni. È la vita dello Spirito capace di riscattare, di valorizzare e di mostrare come le nostre vite sono tessute e sostenute da persone comuni – solitamente dimenticate – che non compaiono nei titoli dei giornali e delle riviste né nelle grandi passerelle dell'ultimo *show* ma, senza dubbio, stanno scrivendo oggi gli avvenimenti decisivi della nostra storia: medici, infermiere e infermieri, addetti dei supermercati, addetti alle pulizie, badanti, trasportatori, forze dell'ordine, volontari, sacerdoti, religiose e tanti ma tanti altri che hanno compreso che nessuno si salva da solo. Davanti alla sofferenza, dove si misura il vero sviluppo dei nostri popoli, scopriamo e sperimentiamo la preghiera sacerdotale di Gesù: «che tutti siano una cosa sola».[6] Quanta gente esercita ogni giorno pazienza e infonde speranza, avendo cura di non seminare panico ma corresponsabilità. Quanti padri, madri, nonni e nonne, insegnanti mostrano ai nostri bambini, con gesti piccoli e quotidiani, come affrontare e attraversare una crisi riadattando abitudini, alzando gli sguardi e stimolando la preghiera. Quante persone pregano, offrono e intercedono per il bene di tutti. La preghiera e il servizio silenzioso: sono le nostre armi vincenti.

«*Perché avete paura? Non avete ancora fede?*». L'inizio della fede è saperci bisognosi di salvezza. Non siamo autosufficienti, da soli; da soli affondiamo: abbiamo bisogno del Signore come gli antichi naviganti delle stelle. Invitiamo Gesù nelle barche delle nostre vite. Consegniamogli le nostre paure, perché Lui le vinca. Come i discepoli sperimenteremo che, con Lui a bordo, non si fa naufragio. Perché questa è la forza di Dio: volgere al bene tutto quello che ci capita, anche le cose brutte. Egli porta il sereno nelle nostre tempeste, perché con Dio la vita non muore mai.

Il Signore ci interpella e, in mezzo alla nostra tempesta, ci invita a risvegliare e attivare la solidarietà e la speranza capaci di dare solidità, sostegno e significato a queste ore in cui tutto sembra naufragare. Il Signore si risveglia per risvegliare e ravvivare la nostra fede pasquale. Abbiamo un'ancora: nella sua croce siamo stati salvati. Abbiamo un timone: nella

[6] *Gv* 17, 21.

sua croce siamo stati riscattati. Abbiamo una speranza: nella sua croce siamo stati risanati e abbracciati affinché niente e nessuno ci separi dal suo amore redentore. In mezzo all'isolamento nel quale stiamo patendo la mancanza degli affetti e degli incontri, sperimentando la mancanza di tante cose, ascoltiamo ancora una volta l'annuncio che ci salva: è risorto e vive accanto a noi. Il Signore ci interpella dalla sua croce a ritrovare la vita che ci attende, a guardare verso coloro che ci reclamano, a rafforzare, riconoscere e incentivare la grazia che ci abita. Non spegniamo la fiammella smorta,[7] che mai si ammala, e lasciamo che riaccenda la speranza.

Abbracciare la sua croce significa trovare il coraggio di abbracciare tutte le contrarietà del tempo presente, abbandonando per un momento il nostro affanno di onnipotenza e di possesso per dare spazio alla creatività che solo lo Spirito è capace di suscitare. Significa trovare il coraggio di aprire spazi dove tutti possano sentirsi chiamati e permettere nuove forme di ospitalità, di fraternità, di solidarietà. Nella sua croce siamo stati salvati per accogliere la speranza e lasciare che sia essa a rafforzare e sostenere tutte le misure e le strade possibili che ci possono aiutare a custodirci e custodire. Abbracciare il Signore per abbracciare la speranza: ecco la forza della fede, che libera dalla paura e dà speranza.

«*Perché avete paura? Non avete ancora fede?*». Cari fratelli e sorelle, da questo luogo, che racconta la fede rocciosa di Pietro, stasera vorrei affidarvi tutti al Signore, per l'intercessione della Madonna, salute del suo popolo, stella del mare in tempesta. Da questo colonnato che abbraccia Roma e il mondo scenda su di voi, come un abbraccio consolante, la benedizione di Dio. Signore, benedici il mondo, dona salute ai corpi e conforto ai cuori. Ci chiedi di non avere paura. Ma la nostra fede è debole e siamo timorosi. Però Tu, Signore, non lasciarci in balia della tempesta. Ripeti ancora: «Voi non abbiate paura».[8] E noi, insieme a Pietro, "gettiamo in Te ogni preoccupazione, perché Tu hai cura di noi".[9]

[7] Cfr *Is* 42, 3.
[8] *Mt* 28, 5.
[9] Cfr *1 Pt* 5, 7.

ALLOCUTIO

Proemium precationis Orationis dominicae in Bibliotheca Palatii Apostolici meridie recitatae.*

Cari fratelli e sorelle,

oggi ci siamo dati appuntamento, tutti i cristiani del mondo, per pregare insieme il Padre Nostro, la preghiera che Gesù ci ha insegnato.

Come figli fiduciosi ci rivolgiamo al Padre. Lo facciamo tutti i giorni, più volte al giorno; ma in questo momento vogliamo implorare misericordia per l'umanità duramente provata dalla pandemia di coronavirus. E lo facciamo insieme, cristiani di ogni Chiesa e Comunità, di ogni tradizione, di ogni età, lingua e nazione.

Preghiamo per i malati e le loro famiglie; per gli operatori sanitari e quanti li aiutano; per le autorità, le forze dell'ordine e i volontari; per i ministri delle nostre comunità.

Oggi molti di noi celebrano l'Incarnazione del Verbo nel seno della Vergine Maria, quando nel suo "Eccomi", umile e totale, si rispecchiò l'"Eccomi" del Figlio di Dio. Anche noi ci affidiamo con piena fiducia alle mani di Dio e con un cuore solo e un'anima sola preghiamo:

[*Padre Nostro in latino*]

* Die 25 Martii 2020.

NUNTIUS

Occasione LVII Diei Mundialis Precis pro Vocationibus (3 Maii 2020).

Le parole della vocazione

Cari fratelli e sorelle!

Il 4 agosto dello scorso anno, nel 160° anniversario della morte del santo Curato d'Ars, ho voluto offrire una Lettera ai sacerdoti, che ogni giorno spendono la vita per la chiamata che il Signore ha rivolto loro, al servizio del Popolo di Dio.

In quell'occasione, ho scelto quattro parole-chiave – *dolore, gratitudine, coraggio e lode* – per ringraziare i sacerdoti e sostenere il loro ministero. Ritengo che oggi, in questa 57ª Giornata Mondiale di Preghiera per le Vocazioni, quelle parole si possano riprendere e rivolgere a tutto il Popolo di Dio, sullo sfondo di un brano evangelico che ci racconta la singolare esperienza capitata a Gesù e Pietro durante una notte di tempesta sul lago di Tiberiade (cfr *Mt* 14, 22-33).

Dopo la moltiplicazione dei pani, che aveva entusiasmato la folla, Gesù ordina ai suoi di salire sulla barca e di precederlo all'altra riva, mentre Egli avrebbe congedato la gente. L'immagine di questa traversata sul lago evoca in qualche modo il viaggio della nostra esistenza. La barca della nostra vita, infatti, avanza lentamente, sempre inquieta perché alla ricerca di un approdo felice, pronta ad affrontare i rischi e le opportunità del mare, ma anche desiderosa di ricevere dal timoniere una virata che conduca finalmente verso la giusta rotta. Talvolta, però, le può capitare di smarrirsi, di lasciarsi abbagliare dalle illusioni invece che seguire il faro luminoso che la conduce al porto sicuro, o di essere sfidata dai venti contrari delle difficoltà, dei dubbi e delle paure.

Succede così anche nel cuore dei discepoli, i quali, chiamati a seguire il Maestro di Nazaret, devono decidersi a passare all'altra riva, scegliendo con coraggio di abbandonare le proprie sicurezze e di mettersi alla sequela del Signore. Questa avventura non è pacifica: arriva la notte, soffia il vento contrario, la barca è sballottata dalle onde, e la paura di non farcela e di non essere all'altezza della chiamata rischia di sovrastarli.

Il Vangelo ci dice, però, che nell'avventura di questo non facile viaggio non siamo soli. Il Signore, quasi forzando l'aurora nel cuore della notte, cammina sulle acque agitate e raggiunge i discepoli, invita Pietro ad andargli incontro sulle onde, lo salva quando lo vede affondare, e infine sale sulla barca e fa cessare il vento.

La prima parola della vocazione, allora, è *gratitudine*. Navigare verso la rotta giusta non è un compito affidato solo ai nostri sforzi, né dipende solo dai percorsi che scegliamo di fare. La realizzazione di noi stessi e dei nostri progetti di vita non è il risultato matematico di ciò che decidiamo dentro un "io" isolato; al contrario, è prima di tutto la risposta a una chiamata che ci viene dall'Alto. È il Signore che ci indica la riva verso cui andare e che, prima ancora, ci dona il coraggio di salire sulla barca; è Lui che, mentre ci chiama, si fa anche nostro timoniere per accompagnarci, mostrarci la direzione, impedire che ci incagliamo negli scogli dell'indecisione e renderci capaci perfino di camminare sulle acque agitate.

Ogni vocazione nasce da quello sguardo amorevole con cui il Signore ci è venuto incontro, magari proprio mentre la nostra barca era in preda alla tempesta. «Più che una nostra scelta, è la risposta alla chiamata gratuita del Signore» (*Lettera ai sacerdoti*, 4 agosto 2019); perciò, riusciremo a scoprirla e abbracciarla quando il nostro cuore si aprirà alla gratitudine e saprà cogliere il passaggio di Dio nella nostra vita.

Quando i discepoli vedono Gesù avvicinarsi camminando sulle acque, inizialmente pensano che si tratti di un fantasma e hanno paura. Ma subito Gesù li rassicura con una parola che deve sempre accompagnare la nostra vita e il nostro cammino vocazionale: «Coraggio, sono io, non abbiate paura!» (v. 27). Proprio questa è la seconda parola che vorrei consegnarvi: *coraggio*.

Ciò che spesso ci impedisce di camminare, di crescere, di scegliere la strada che il Signore traccia per noi sono i fantasmi che si agitano nel nostro cuore. Quando siamo chiamati a lasciare la nostra riva sicura e abbracciare uno stato di vita – come il matrimonio, il sacerdozio ordinato, la vita consacrata –, la prima reazione è spesso rappresentata dal "fantasma dell'incredulità": non è possibile che questa vocazione sia per me; si tratta davvero della strada giusta? Il Signore chiede questo proprio a me?

E, via via, crescono in noi tutte quelle considerazioni, quelle giustificazioni e quei calcoli che ci fanno perdere lo slancio, ci confondono e ci lasciano paralizzati sulla riva di partenza: crediamo di aver preso un abbaglio, di non essere all'altezza, di aver semplicemente visto un fantasma da scacciare.

Il Signore sa che una scelta fondamentale di vita – come quella di sposarsi o consacrarsi in modo speciale al suo servizio – richiede *coraggio.* Egli conosce le domande, i dubbi e le difficoltà che agitano la barca del nostro cuore, e perciò ci rassicura: "Non avere paura, io sono con te!". La fede nella sua presenza che ci viene incontro e ci accompagna, anche quando il mare è in tempesta, ci libera da quell'accidia che ho già avuto modo di definire «tristezza dolciastra» (*Lettera ai sacerdoti*, 4 agosto 2019), cioè quello scoraggiamento interiore che ci blocca e non ci permette di gustare la bellezza della vocazione.

Nella *Lettera ai sacerdoti* ho parlato anche del dolore, ma qui vorrei tradurre diversamente questa parola e riferirmi alla *fatica.* Ogni vocazione comporta un impegno. Il Signore ci chiama perché vuole renderci come Pietro, capaci di "camminare sulle acque", cioè di prendere in mano la nostra vita per metterla al servizio del Vangelo, nei modi concreti e quotidiani che Egli ci indica, e specialmente nelle diverse forme di vocazione laicale, presbiterale e di vita consacrata. Ma noi assomigliamo all'Apostolo: abbiamo desiderio e slancio, però, nello stesso tempo, siamo segnati da debolezze e timori.

Se ci lasciamo travolgere dal pensiero delle responsabilità che ci attendono – nella vita matrimoniale o nel ministero sacerdotale – o delle avversità che si presenteranno, allora distoglieremo presto lo sguardo da Gesù e, come Pietro, rischieremo di affondare. Al contrario, pur nelle nostre fragilità e povertà, la fede ci permette di camminare incontro al Signore Risorto e di vincere anche le tempeste. Lui infatti ci tende la mano quando per stanchezza o per paura rischiamo di affondare, e ci dona lo slancio necessario per vivere la nostra vocazione con gioia ed entusiasmo.

Infine, quando Gesù sale sulla barca, il vento cessa e le onde si placano. È una bella immagine di ciò che il Signore opera nella nostra vita e nei tumulti della storia, specialmente quando siamo nella tempesta: Egli comanda ai venti contrari di tacere, e le forze del male, della paura, della rassegnazione non hanno più potere su di noi.

Nella specifica vocazione che siamo chiamati a vivere, questi venti possono sfiancarci. Penso a coloro che assumono importanti compiti nella società civile, agli sposi che non a caso mi piace definire "i coraggiosi", e specialmente a coloro che abbracciano la vita consacrata e il sacerdozio. Conosco la vostra fatica, le solitudini che a volte appesantiscono il cuo-

re, il rischio dell'abitudine che pian piano spegne il fuoco ardente della chiamata, il fardello dell'incertezza e della precarietà dei nostri tempi, la paura del futuro. Coraggio, non abbiate paura! Gesù è accanto a noi e, se lo riconosciamo come unico Signore della nostra vita, Egli ci tende la mano e ci afferra per salvarci.

E allora, pur in mezzo alle onde, la nostra vita si apre alla *lode*. È questa l'ultima parola della vocazione, e vuole essere anche l'invito a coltivare l'atteggiamento interiore di Maria Santissima: grata per lo sguardo di Dio che si è posato su di lei, consegnando nella fede le paure e i turbamenti, abbracciando con coraggio la chiamata, Ella ha fatto della sua vita un eterno canto di lode al Signore.

Carissimi, specialmente in questa Giornata, ma anche nell'ordinaria azione pastorale delle nostre comunità, desidero che la Chiesa percorra questo cammino al servizio delle vocazioni, aprendo brecce nel cuore di ogni fedele, perché ciascuno possa scoprire con gratitudine la chiamata che Dio gli rivolge, trovare il coraggio di dire "sì", vincere la fatica nella fede in Cristo e, infine, offrire la propria vita come cantico di lode per Dio, per i fratelli e per il mondo intero. La Vergine Maria ci accompagni e interceda per noi.

Roma, San Giovanni in Laterano, 8 marzo 2020, II Domenica di Quaresima

FRANCESCO

NUNTII TELEVISIFICI

I

Occasione precis a Conferentia Episcopali Italica provectae pro universa Natione in sollemnitate sancti Ioseph.*

Cari fratelli e sorelle,

mi unisco alla preghiera che la Conferenza Episcopale ha voluto promuovere, quale segno di unità per l'intero Paese.

In questa situazione inedita, in cui tutto sembra vacillare, aiutiamoci a restare saldi in ciò che conta davvero. È un'indicazione di cammino che ritrovo in tante lettere dei vostri Pastori che, nel condividere un momento così drammatico, cercano di sostenere con la loro parola la vostra speranza e la vostra fede.

La preghiera del Rosario è la preghiera degli umili e dei santi che, nei suoi misteri, con Maria contemplano la vita di Gesù, volto misericordioso del Padre. E quanto bisogno abbiamo tutti di essere davvero consolati, di sentirci avvolti dalla sua presenza d'amore!

La verità di questa esperienza si misura nella relazione con gli altri, che in questo momento coincidono con i familiari più stretti: facciamoci prossimo l'uno dell'altro, esercitando noi per primi la carità, la comprensione, la pazienza, il perdono.

Per necessità i nostri spazi possono essersi ristretti alle pareti di casa, ma abbiate un cuore più grande, dove l'altro possa sempre trovare disponibilità e accoglienza.

Questa sera preghiamo uniti, affidandoci all'intercessione di San Giuseppe, Custode della Sacra Famiglia, Custode di ogni nostra famiglia. Anche il falegname di Nazareth ha conosciuto la precarietà e l'amarezza, la preoccupazione per il domani; ma ha saputo camminare al buio di certi momenti, lasciandosi guidare sempre senza riserve dalla volontà di Dio.

Proteggi, Santo Custode, questo nostro Paese.

Illumina i responsabili del bene comune, perché sappiano – come te – prendersi cura delle persone affidate alla loro responsabilità.

* Die 19 Martii 2020.

Dona l'intelligenza della scienza a quanti ricercano mezzi adeguati per la salute e il bene fisico dei fratelli.

Sostieni chi si spende per i bisognosi: i volontari, gli infermieri, i medici, che sono in prima linea nel curare i malati, anche a costo della propria incolumità.

Benedici, San Giuseppe, la Chiesa: a partire dai suoi ministri, rendila segno e strumento della tua luce e della tua bontà.

Accompagna, San Giuseppe, le famiglie: con il tuo silenzio orante, costruisci l'armonia tra i genitori e i figli, in modo particolare i più piccoli.

Preserva gli anziani dalla solitudine: fa' che nessuno sia lasciato nella disperazione dell'abbandono e dello scoraggiamento.

Consola chi è più fragile, *incoraggia* chi vacilla, *intercedi* per i poveri.

Con la Vergine Madre, *supplica* il Signore perché liberi il mondo da ogni forma di pandemia.

Amen.

II

Ad familias in Italia et in mundo hoc tempore pandemiae.*

Cari amici, buonasera!

Questa sera ho la possibilità di entrare nelle vostre case in un modo diverso dal solito. Se lo permettete, vorrei conversare con voi per qualche istante, in questo periodo di difficoltà e di sofferenze. Vi immagino nelle vostre famiglie, mentre vivete una vita insolita per evitare il contagio. Penso alla vivacità dei bambini e dei ragazzi, che non possono uscire, frequentare la scuola, fare la loro vita. Ho nel cuore tutte le famiglie, specie quelle che hanno qualche caro ammalato o che hanno purtroppo conosciuto lutti dovuti al coronavirus o ad altre cause. In questi giorni penso spesso alle persone sole, per cui è più difficile affrontare questi momenti. Soprattutto penso agli anziani, che mi sono tanto cari.

Non posso dimenticare chi è ammalato di coronavirus, le persone ricoverate negli ospedali. Ho presente la generosità di chi si espone per la cura di questa pandemia o per garantire i servizi essenziali alla società. Quanti eroi, di tutti i giorni, di tutte le ore! Ricordo anche quanti sono in ristrettezze economiche e sono preoccupati per il lavoro e il futuro. Un pensiero va anche ai detenuti nelle carceri, al cui dolore si aggiunge il timore per l'epidemia, per sé e i loro cari; penso ai senza dimora, che non hanno una casa che li protegga.

È un momento difficile per tutti. Per molti, difficilissimo. Il Papa lo sa e, con queste parole, vuole dire a tutti la sua vicinanza e il suo affetto. Cerchiamo, se possiamo, di utilizzare al meglio questo tempo: siamo generosi; aiutiamo chi ha bisogno nelle nostre vicinanze; cerchiamo, magari via telefono o social, le persone più sole; preghiamo il Signore per quanti sono provati in Italia e nel mondo. Anche se siamo isolati, il pensiero e lo spirito possono andare lontano con la creatività dell'amore. Questo ci vuole oggi: la creatività dell'amore.

Celebriamo in modo davvero insolito la Settimana Santa, che manifesta e riassume il messaggio del Vangelo, quello dell'amore di Dio senza limiti. E nel silenzio delle nostre città, risuonerà il Vangelo di Pasqua. Dice l'apostolo

* Die 3 Aprilis 2020.

Paolo: «Ed egli è morto per tutti, perché quelli che vivono non vivano più per se stessi, ma per colui che è morto e resuscitato per loro» (*2 Cor* 5, 15). In Gesù risorto, la vita ha vinto la morte. Questa fede pasquale nutre la nostra speranza. Vorrei condividerla con voi questa sera. È la speranza di un tempo migliore, in cui essere migliori noi, finalmente liberati dal male e da questa pandemia. È una speranza: la speranza non delude; non è un'illusione, è una speranza.

Gli uni accanto agli altri, nell'amore e nella pazienza, possiamo preparare in questi giorni un tempo migliore. Vi ringrazio per avermi permesso di entrare nelle vostre case. Fate un gesto di tenerezza verso chi soffre, verso i bambini, verso gli anziani. Dite loro che il Papa è vicino e prega, perché il Signore ci liberi tutti presto dal male. E voi, pregate per me. Buona cena. A presto!

SECRETARIA STATUS

RESCRIPTA «EX AUDIENTIA SS.MI»

I

Actuositas iudiciaria in Statu Civitatis Vaticanae suspenditur.

Il Santo Padre Francesco, nell'Udienza concessa a Sua Eccellenza Mons. Edgar Peña Parra, Sostituto per gli Affari Generali della Segreteria di Stato, il giorno 17 marzo 2020, al fine di contrastare l'emergenza epidemiologica da Covid-19 e contenere gli effetti negativi sullo svolgimento dell'attività giudiziaria, ha stabilito di emanare le misure straordinarie ed urgenti indicate nell'allegato al presente rescritto.

Il Santo Padre ha disposto che ciò abbia fermo e stabile vigore, nonostante qualsiasi cosa contraria anche se degna di speciale menzione, che sia promulgato tramite pubblicazione su *L'Osservatore Romano*, entrando in vigore immediatamente, e quindi pubblicato nel commentario ufficiale degli *Acta Apostolicae Sedis*.

Dal Vaticano, 18 marzo 2020

Pietro Card. Parolin
Segretario di Stato

Allegato

Misure straordinarie ed urgenti per contrastare l'emergenza epidemiologica da Covid-19 e contenere gli effetti negativi sullo svolgimento dell'attività giudiziaria.

1. A decorrere dal giorno successivo alla data di entrata in vigore del presente provvedimento e sino al 3 aprile 2020 le udienze dei processi in corso di celebrazione presso tutti gli uffici giudiziari sono rinviate d'ufficio a data successiva al 3 aprile 2020, salve le eccezioni indicate al comma 4.

2. A decorrere dal giorno successivo alla data di entrata in vigore del presente provvedimento e sino al 3 aprile 2020 sono sospesi i termini per il compimento di qualsiasi atto dei procedimenti indicati al comma 1, salve le eccezioni indicate al comma 4. Ove il decorso abbia inizio durante il periodo di sospensione, l'inizio stesso è differito alla fine di detto periodo.

3. A decorrere dal giorno successivo alla data di entrata in vigore del presente provvedimento e sino al 3 aprile 2020 sono altresì sospesi ad ogni effetto tutti i termini di prescrizione, salve le eccezioni indicate al comma 4.

4. Le disposizioni di cui ai commi che precedono non si applicano:

a. nei procedimenti civili nel cui ambito venga dedotta una motivata situazione di indifferibilità e la cui ritardata trattazione possa produrre grave pregiudizio alle parti. Sulla richiesta avanzata dalla parte interessata o, ove previsto, dal Promotore di Giustizia, decide, entro dieci giorni con decreto non impugnabile, il presidente dell'ufficio giudiziario o un suo delegato. In caso di accoglimento, i termini di cui ai commi 2 e 3 ricominciano a decorrere dal decimo giorno successivo a quello in cui è stata depositata la richiesta, ovvero dalla notificazione o dalla comunicazione del provvedimento che sia depositato oltre il termine suddetto;

b. nei procedimenti penali per i quali non sia ancora in corso di celebrazione il giudizio di primo grado;

c. nei procedimenti penali a carico di soggetti detenuti o comunque gravati da misure limitative della libertà personale;

d. nei procedimenti penali nel cui ambito venga dedotta l'urgente necessità di assumere prove indifferibili. Sulla richiesta avanzata dal Promotore di Giustizia o dalla parte interessata decide, entro dieci giorni con decreto non impugnabile, il presidente del collegio o un suo delegato. In caso di accoglimento, i termini di cui ai commi 2 e 3 ricominciano a decorrere dal decimo giorno successivo a quello in cui è stata depositata la richiesta, ovvero dalla notificazione o dalla comunicazione del provvedimento che sia depositato oltre il termine suddetto.

5. Il Presidente del Tribunale, sentito, per quanto di rispettiva competenza, il presidente della Corte d'Appello o il Presidente della Corte di Cassazione, fermi restando gli ordinari poteri di direzione ed organizzazione

degli Uffici giudiziari e del personale di cancelleria, può altresì adottare le seguenti misure:

a. la limitazione dell'accesso dell'utenza agli uffici giudiziari, garantendo comunque l'accesso alle persone che debbono svolgervi attività urgenti;
b. la limitazione dell'orario di apertura degli uffici giudiziari;
c. la regolamentazione dell'accesso agli uffici giudiziari previa prenotazione, anche tramite mezzi di comunicazione telefonica o telematica, curando che la convocazione degli utenti sia cadenzata per orari fissi;
d. la celebrazione a porte chiuse delle udienze che dovessero essere tenute nell'ambito dei procedimenti di cui al comma 4;
e. la turnazione del personale amministrativo e di cancelleria anche in deroga alle ordinarie disposizioni.

II

Suspensio actuositatis iudiciariae in Statu Civitatis Vaticanae prorogatur.

Il Santo Padre Francesco, nell'Udienza concessa a Sua Eccellenza Mons. Edgar Peña Parra, Sostituto per gli Affari Generali della Segreteria di Stato, il giorno 31 marzo 2020, ha stabilito di prorogare il termine e gli effetti giuridici di cui al precedente *Rescriptum ex audientia SS.mi* del 18 marzo 2020, recante misure straordinarie ed urgenti per contrastare l'emergenza epidemiologica da Covid-19 e contenere gli effetti negativi sullo svolgimento dell'attività giudiziaria. Detto termine, inizialmente fissato al 3 aprile 2020, è prorogato al 4 maggio 2020.

Il Santo Padre ha disposto che il presente rescritto sia promulgato tramite pubblicazione su *L'Osservatore Romano*, entrando in vigore immediatamente, e quindi pubblicato nel commentario ufficiale degli *Acta Apostolicae Sedis*.

Dal Vaticano, 1° aprile 2020

Pietro Card. Parolin
Segretario di Stato

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECRETA

I

Decretum quo approbantur VII novae praefationes *pro forma extraordinaria* Ritus Romani.

Quo magis altera Ritus Romani forma alteram locupletaret, in Epistula ad universos Ecclesiae latinae Episcopos die vii mensis Iulii a.D. mmvii data,[1] censuit Benedictus PP. XVI aliquot ex novis praefationibus veteri Missali esse inserendas.

Cum enim Pontificia Commissio «Ecclesia Dei» eam sententiam per instructionem *Universae Ecclesiae* confirmavisset,[2] eadem Commissio, de mandato eiusdem Benedicti XVI in dicta epistula dato et a fontibus novis veteribusque hauriens, investigationem de aptioribus rationibus praefationum in antiquo Missali adiungendarum aggressa est. Eam vero investigationem ab illa Pontificia Commissione inchoatam Congregatio pro Doctrina Fidei modo absolvit, postquam Litteris Apostolicis die xvii mensis Ianuarii a.D. mmxix motu proprio datis Summus Pontifex Franciscus omnia munera supra dictae Commissionis in illam Congregationem transtulit.[3]

Quapropter Congregatio pro Doctrina Fidei, consultis nonnullis institutis religiosis, societatibus vitae apostolicae et viris peritis usui antiquiori illigatis, necnon Em.mo Card. Praefecto Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, septem praefationes, uti in adiecto inveniuntur

[1] Benedictus XVI, *Epistula ad Episcopos ad producendas Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, de Usu Liturgiae Romanae Instaurationi anni 1970 proecedentis*, *AAS* 99 (2007), 798.

[2] Pontificia Commissio «Ecclesia Dei», *Instructio ad exsequendas Litteras Apostolicas* Summorum Pontificum *a S. S. Benedicto PP. XVI Motu Proprio datas*, *AAS* 103 (2011), 413-420, n. 25.

[3] Franciscus, *Litterae Apostolicae Motu Proprio datae de Pontificia Commissione «Ecclesia Dei»*, die 17 Ianuarii 2019.

exemplari, probat, et concedit ut a quolibet sacerdote Sacrificium Eucharisticum ad normas Litterarum Apostolicarum *Summorum Pontificum* secundum Missale Romanum anni MCMLXII celebrante, servatis rubricis appositis, adhiberi possint.

Quaecumque hoc Decreto statuta sunt, a die XIX mensis Martii huius anni, in festo S. Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis, Confessoris et Ecclesiae Universae Patroni, serventur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Summus Pontifex Franciscus, in Audientia die V mensis Decembris a.D. MMXIX infrascripto Archiepiscopo Secretario Congregationis pro Doctrina Fidei concessa, hoc Decretum ratum habuit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Doctrina Fidei, die XXII mensis Februarii a.D. MMXX, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli.

ALOISIUS F. Card. LADARIA, S.I.
Congregationis pro Doctrina Fidei Praefectus

✠ IACOBUS MORANDI
Archiepiscopus tit. Caeretanus
Secretarius

Adnexus

Praefationes particulares a Sancta Sede concessae

PRAEFATIO DE ANGELIS

Praefatio de Angelis dici potest in missis festivis et votivis Angelorum necnon in festo Dedicationis S. Michaëlis Archangeli die 29 septembris.

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Et in

Archángelis Angelísque tuis tua praecónia non tacére, quia ad excelléntiam tuam recúrrit et glóriam quod angélica creatúra tibi probábilis honorétur: et, cum illa sit amplo décore digníssima, tu quam sis imménsus et super ómnia praeferéndus osténderis, per Christum Dóminum nostrum. Per quem multitúdo Angelórum tuam célebrat maiestátem, quibus adorántes in exsultatióne coniúngimur, una cum eis laudis voce clamántes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE SANCTO IOANNE BAPTISTA

Praefatio de Sancto Ioanne Baptista dici potest in Missis festivis et votivis S. Ioannis Baptistae.

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. In cuius Praecursóre beáto Ioánne tuam magnificéntiam collaudámus, quem inter natos mulíerum honóre praecípuo consecrásti. Qui cum nascéndo multa gáudia praestitísset, et nondum éditus exsultásset ad humánae salútis advéntum, ipse solus ómnium prophetárum Agnum redemptiónis osténdit. Sed et sanctificándis étiam aquae fluéntis ipsum baptísmatis lavit auctórem, et méruit fuso sánguine suprémum illi testimónium exhibére. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE MARTYRIBUS

*Praefatio de Martyribus dici potest in Missis festivis et votivis Sanctorum Martyrum, modo ne agatur de S. Ioanne Baptista, vel praefatione propria gaudeant. Loco verborum * beatórum mártyrum dici potest pro oppotunitate: vel beáti mártyris N. (beátae mártyris N.), vel beatórum mártyrum N. et N. (beatárum mártyrum N. et N.).*

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Quóniam * beatórum mártyrum pro confessióne nóminis tui, ad imitatiónem Christi, sanguis effúsus tua mirabília maniféstat, quibus pérficis in fragilitáte virtútem, et vires infírmas ad testimónium róboras, per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Caeli caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti iúbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE OMNIBUS SANCTIS ET SS. PATRONIS

Praefatio de Omnibus Sanctis et Ss. Patronis dici potest in Missis festivis et votivis Omnium Sanctorum, et in Missis festivis et votivis Sanctorum Patronorum cum principalium tum secundariorum, necnon Titularis ecclesiae vel oratorii, modo ne agatur de Angelo vel praefatione propria gaudeant.

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui glorificáris in concílio Sanctórum, et eórum coronándo mérita, corónas dona tua: qui nobis in eórum praebes, et conversatióne exémplum, et communióne consórtium, et intercessióne subsídium: ut tantam habéntes impósitam nubem téstium, per patiéntiam currámus ad propósitum nobis certámen, et cum eis percipiámus immarcescíbilem glóriae corónam. Per Iesum Christum Dóminum nostrum, cuius sánguine ministrátur nobis intróitus in aetérnum regnum. Per quem maiestátem tuam treméntes adórant Angeli, et omnes Spirítuum caeléstium chori sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti iubeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE SS. SACRAMENTO

Praefatio de Sanctissimo Sacramento dici potest in festo Sanctissimi Corporis Christi, in Missis votivis de Sanctissimo Sacramento, et in Missis votivis de D.N.I.C. aeterno et summo Sacerdote.

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Qui, remótis carnálium victimárum inánibus umbris, Corpus et Sánguinem suum nobis in sacrifícium commendávit: ut in omni loco offerátur nómini tuo, quae tibi sola complácuit, oblátio munda. In hoc ígitur inscrutábilis sapiéntiae, et imménsae caritátis mystério, idípsum quod semel in Cruce perfécit, non cessat mirabíliter operári, ipse ófferens, ipse et oblátio. Et nos, unam secum hóstiam efféctos, ad sacrum invítat convívium, in quo ipse cibus noster súmitur, recólitur memória Passiónis

eius, mens implétur grátia, et futúrae gloriae nobis pignus datur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE DEDICATIONE ECCLESIAE

Praefatio de Dedicatione Ecclesiae dici potest in Missis de Dedicatione ecclesiae necnon in Missis de anniversario Dedicationis, exceptis Missis in Dedicatione S. Mariae ad Nives die 5 augusti et in Dedicatione S. Michaëlis Archangeli die 29 septembris.

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui hanc oratiónis domum, quam aedificávimus, bonórum ómnium largítor inhábitas, et Ecclésiam, quam ipse fundásti, incessábili operatióne sanctíficas. Haec est enim vere domus oratiónis, visibílibus aedifíciis adumbráta, templum habitatiónis glóriae tuae, sedes incommutábilis veritátis, sanctuárium aeternae caritátis. Haec est arca, quae nos a mundi eréptos dilúvio, in portum salútis indúcit. Haec est dilécta et única sponsa, quam acquisívit Christus sánguine suo, quam vivíficat Spíritu suo, cuius in sinu renáti per grátiam tuam, lacte verbi páscimur, pane vitae roborámur, misericordiae tuae subsídiis confovémur. Haec fidéliter in terris, sponso adiuvánte, mílitat, et perénniter in caelis, ipso coronánte, triúmphat. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PRAEFATIO DE NUPTIIS

Praefatio de Nuptiis dici potest in Missis votivis «Pro Sponsis».

V/. Per ómnia saécula saeculórum. R/. Amen.
V/. Dóminus vobíscum. R/. Et cum spíritu tuo.
V/. Sursum corda. R/. Habémus ad Dóminum.
V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: Qui foédera nuptiárum blando concórdiae iugo et insolúbili pacis vinculo nexuísti, ut multiplicándis adoptiónum fíliis sanctórum connubiórum fecúnditas pudíca servíret. Tua enim, Dómine, providéntia, tuáque grátia ineffabílibus modis utrúmque dispénsas, ut, quod generátio ad mundi prodúxit ornátum, regenerátio ad Ecclésiae perdúcat augméntum, per Christum Dominum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Caeli caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti iúbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

II

De celebratione liturgica in sanctorum honorem *iuxta formam extraordinariam* Ritus Romani.

Cum sanctissima resplendeat in virtutibus Sanctorum virtus ipsa Iesu Christi, cumque semper proponenda sint fidelibus exempla eorundem Sanctorum,[1] Benedictus PP. XVI Epistula die VII mensis Iulii a.D. MMVII data Pontificiae Commissioni «Ecclesia Dei» mandavit ut quidam eorum, qui recentioribus decenniis Sanctorum Albo ascripti erant, secundum formam quoque extraordinariam Ritus Romani coli possent.[2] Nam «maximopere decet ut qui sanctus est apud Deum, sanctus etiam ab hominibus habeatur»,[3] et «quia non parum prodest christifidelibus nova semper habere exempla virtutum quae imitentur».[4]

Pontificia enim Commissio «Ecclesia Dei», quae eam sententiam per Instructionem *Universae Ecclesiae* confirmaverat,[5] aggressa est quaestionem num Servi Dei in Catalogum Sanctorum nuper relati veteri Missali commode inseri possint. Investigationem igitur hanc ab illa Pontificia Commissione inchoatam Congregatio pro Doctrina Fidei modo absolvit, postquam Litteris Apostolicis die XVII mensis Ianuarii a.D. MMXIX motu proprio datis Summus Pontifex Franciscus omnia munera illius Commissionis in hanc Congregationem transtulit.[6]

Quapropter Congregatio pro Doctrina Fidei, consultis nonnullis institutis religiosis, societatibus vitae apostolicae et viris peritis usui antiquiori illigatis, necnon Em.mo Card. Praefecto Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, infrascriptas normas ad cultum Sanctorum in forma extraordinaria fovendum approbavit, firmis vero manentibus concessionibus calendariorum vel festorum particularium a S. Sede hucusque datis.

[1] Cfr Pius XII, Litt. enc. *Mediator Dei*, *AAS* 39 (1947), 581; Concilium Vaticanum II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 104.

[2] Benedictus XVI, *Epistula ad Episcopos ad producendas Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, de Usu Liturgiae Romanae Instaurationi anni 1970 proecedentis*, *AAS* 99 (2007), 798.

[3] Benedictus XIV, *De Servorum Dei Beatificatione et Canonizatione*, Lib. I, Cap. XIII, 2.

[4] *Ibid.*, 5.

[5] Pontificia Commissio «Ecclesia Dei», *Instructio ad exsequendas Litteras Apostolicas* Summorum Pontificum *a S. S. Benedicto PP. XVI Motu Proprio datas*, *AAS* 103 (2011), 413-420, n. 25.

[6] Franciscus, *Litterae Apostolicae Motu Proprio datae de Pontificia Commissione «Ecclesia Dei»*, die 17 Ianuarii 2019.

[1] Missa festiva latiore sensu (cfr RGMR 302) celebrari potest iusta de causa omnibus diebus festis III classis (iis exceptis de quibus inferius sub n. 8) necnon in vigiliis de Sanctis III classis.

[2] Praeterea, quod attinet ad RGMR 302 c), permittitur etiam Missa cuiuslibet Sancti Catalogo Sanctorum post diem XXVI mensis Iulii a.D. MCMLX ascripti, eo nempe die quo memoriam liturgicam eiusdem ab Ecclesia Universa recoli statutum est. Missa autem votiva eiusdem item permittitur ad normam RGMR 311, servatis aliis rubricis de Missis votivis.

[3] Quotiens dicitur Missa festiva latiore sensu, integrum Officium divinum cum Missa concordans absolvi potest, velut Officium ordinarium (RGBR 169).

[4] Commemoratio ordinaria de festo aut vigilia omissa iuxta ea quae in nn. 1-3 statuuntur semper fit cum aliis commemorationibus occurrentibus iuxta rubricas, servata RG 111 d).

[5] Ad formulam Missae et Officii secundum suprascriptas ordinationes eligendam, nisi habetur in Proprio Sanctorum pro aliquibus locis Missalis Romani anni MCMLXII vel in eius novo Supplemento a S. Sede approbato, sumitur de Communi Missalis vel Breviarii. Quotiens in eodem Communi plures exstant formulae, electio fit ad libitum celebrantis. Formulae autem quae recensentur in praedicto Proprio Sanctorum vel Supplemento adhiberi debent eo die quo in iis habetur.

[6] Commemoratio praeterea ordinaria ad libitum celebrantis admitti potest de Sancto vel Mysterio eo die quo recensetur in Proprio Sanctorum pro aliquibus locis vel in novo Supplemento tam in Missa quam in Officio diebus liturgicis III vel IV classis, servata RG 111 d).

[7] In domibus institutorum religiosorum vel societatum vitae apostolicae superiori domus, haud celebranti, competit decernere modum fruendi his ordinationibus in missa conventuali necnon in officio choraliter vel communiter celebrato.

[8] Dies festi III classis qui his ordinationibus neque impediri neque omitti possunt enumerantur in sequenti tabella. Dicta festa celebrari possunt etiam in feriis III classis Quadragesimae et Passionis, facta commemoratione feriae iuxta rubricas.

Quaecumque hoc Decreto statuta sunt, a die XIX mensis Martii huius anni, in festo S. Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis, Confessoris et Ecclesiae Universae Patroni, serventur, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Summus Pontifex Franciscus, in Audientia die V mensis Decembris a.D. MMXIX infrascripto Archiepiscopo Secretario Congregationis pro Doctrina Fidei concessa, hoc Decretum ratum habuit et publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Doctrina Fidei, die XXII mensis Februarii a.D. MMXX, in festo Cathedrae S. Petri Apostoli.

Aloisius F. Card. Ladaria, S.I.
Congregationis pro Doctrina Fidei Praefectus

✠ Iacobus Morandi
Archiepiscopus tit. Caeretanus
Secretarius

Adnexus

Elenchus Dierum Festorum III Classis qui non impediri possunt.

Ianuarius

17 S. Antonii Abb.
20 Ss. Fabiani Papae et Sebastiani Mm.
21 S. Agnetis Virg. et Mart.
24 S. Timothei Ep. et Mart.
25 In Conversione S. Pauli Ap.
26 S. Polycarpi Ep. et Mart.
27 S. Ioannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct.
29 S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct.
31 S. Ioannis Bosco Conf.

Februarius

01 S. Ignatii Ep. et Mart.
05 S. Agathae Virg. et Mart.
06 S. Titi Ep. et Conf.

Martius

06 Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm.
07 S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct.

09 S. Franciscae Romanae, Vid.
12 S. Gregorii I Papae, Conf. et Eccl. Doct.
21 S. Benedicti Abb.
24 S. Gabrielis Archang.

Aprilis

11 S. Leonis I Papae, Conf. et Eccl. Doct.
14 S. Iustini Mart.
30 S. Catharinae Senensis Virg.

Maius

02 S. Athanasii, Ep., Conf. et Eccl. Doct.
04 S. Monicae Vid.
05 S. Pii V Papae et Conf.
09 S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct.
25 S. Gregorii VII Papae et Conf.
26 S. Philippi Nerii Conf.

Iunius

05 S. Bonifatii Ep. et Mart.
11 S. Barnabae Ap.
13 S. Antonii de Padua Conf. et Eccl. Doct.
14 S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct.
21 S. Aloisii Gonzagae Conf.
30 In Commemoratione S. Pauli Ap.

Iulius

07 Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Cc.
14 S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct.
19 S. Vincentii a Paulo Conf.
22 S. Mariae Magdalenae Paenitentis
29 S. Marthae Virg.
31 S. Ignatii Conf.

Augustus

02 S. Alfonsi Mariae de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct.
04 S. Dominici Conf.

05 In Dedicatione S. Mariae ad Nives
08 S. Ioannis Mariae Vianney Conf.
12 S. Clarae Virg.
20 S. Bernardi Abbatis et Eccl. Doct.
28 S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct.
29 In Decollatione S. Ioannis Bapt.

September

03 S. Pii X Papae et Conf.
12 Sanctissimi Nominis B. Mariae Virg.
16 Ss. Cornelii et Cypriani Ep., Mm.
27 Ss. Cosmae et Damiani Mm.
30 S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct.

October

02 Ss. Angelorum Custodum
03 S. Teresiae a Iesu Infante Virg.
04 S. Francisci Conf.
06 S. Brunonis Conf.
14 S. Callisti I Papae et Mart.
15 S. Teresiae Virg.

November

04 S. Caroli Ep. et Conf.
11 S. Martini Ep. et Conf.
14 S. Iosaphat Ep. et Mart.
18 In Dedicatione Basilicarum Ss. Petri et Pauli App.
22 S. Caeciliae Virg. et Mart.
23 S. Clementis I Papae et Mart.
24 S. Ioannis a Cruce Conf. et Eccl. Doct.

December

03 S. Francisci Xaverii Conf.
06 S. Nicolai Ep. et Conf.
07 S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct.
11 S. Damasi I Papae et Conf.
13 S. Luciae Virg. et Mart.

CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

Lineamenta de paschalibus celebrationibus in Ecclesiis Catholicis Orientalibus.

Considerato il rapido evolversi della pandemia da Covid-19, anche in molti Paesi ove sono originari o dimorano stabilmente fedeli delle Chiese Orientali Cattoliche, la Congregazione per le Chiese Orientali, invita tutti i Capi delle Chiese *sui iuris* a emanare delle disposizioni in sintonia con le istruzioni che le Autorità Civili hanno stabilito per il contenimento del contagio e a favorire tale condotta con le altre Chiese cristiane, cattoliche e non, presenti sul medesimo territorio.

In vista delle celebrazioni pasquali secondo il rispettivo calendario, tenuto conto delle diverse tradizioni rituali, non è possibile emanare una disposizione unitaria che riesca ad abbracciare gli usi presenti in ciascuna Chiesa *sui iuris*.

Tuttavia, pare opportuno condividere le seguenti raccomandazioni:

– Si mantengano rigorosamente le feste nel giorno previsto dal calendario liturgico, con le relative celebrazioni che sarà possibile realizzare e trasmettere in *streaming* in modo che possano essere seguite dai fedeli nelle case. In esse si considerino quegli adattamenti resi necessari dalla limitata presenza del servizio liturgico. Alcune tradizioni rituali infatti prevedono una partecipazione del coro e di ministri che nel momento attuale non è possibile o non è prudente vedere radunati insieme in numero significativo.

– Siano comunque omesse quelle parti delle celebrazioni collegate a qualche rito all'esterno della Chiesa.

– Ricordare ai fedeli il valore della preghiera personale e familiare, autentica preghiera ecclesiale, e che nel contesto attuale è un importante mezzo di trasmissione della fede, dei suoi contenuti e preghiere, tra le diverse generazioni. Predisporre anche tramite i canali di comunicazione sociale dei sussidi che consentano a un adulto della famiglia di spiegare soprattutto ai più piccoli la mistagogia dei riti che in condizioni normali sarebbero celebrati nella chiesa e alla presenza dell'assemblea.

– La ricchezza delle Ufficiature delle Celebrazioni propriamente pasquali, dalla Domenica delle Palme alla Domenica di Pasqua, potrà egualmente essere valorizzata suggerendo che parte di esse sia pregata a casa e nelle famiglie, con i sussidi che solitamente sono messi a disposizione in ciascuna comunità ogni anno.

– I sacerdoti che non possono celebrare la liturgia da soli, preghino le ore dell'ufficiatura, in modo particolare i salmi e quelle preghiere che non prevedono la risposta da parte del coro e dei fedeli.

– Il Giovedì Santo, nella celebrazione liturgica della mattina, alcune Chiese *sui iuris* celebrano la consacrazione del Santo Myron. Tale celebrazione, non essendo legata in Oriente a questo giorno, può essere spostata ad altra data.

– Per il Venerdì Santo, sia valorizzata la preghiera attorno alla Croce e alla tomba di Cristo, da soli o in famiglia, utilizzando i ricchi testi delle tradizioni orientali propri del giorno.

– La notte di Pasqua si invitino le famiglie, ove possibile attraverso il suono festoso delle campane, a radunarsi per leggere il Vangelo della Resurrezione, accendendo un lume e cantando alcuni tropari o canti tipici della rispettiva tradizione che spesso sono conosciuti a memoria dai fedeli.

– Gli eventuali battesimi previsti per la Pasqua siano rimandati ad altra data.

– Rimanendo valide le disposizioni emanate dal Decreto della Penitenzieria Apostolica del 19 marzo, poiché molti fedeli sono abituati a confessarsi nel tempo prima della Pasqua, ove non sia possibile farlo, i Pastori indichino ai fedeli la recita di alcune delle preghiere penitenziali di cui è ricca la tradizione orientale, da recitare con spirito di contrizione.

Suo dev.mo

LEONARDO Card. SANDRI
Prefetto

Don FLAVIO PACE
Sotto-Segretario

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

DECRETA

I

Tempore viri coronarii seu Covid-19

Nel difficile tempo che stiamo vivendo a motivo della pandemia di Covid-19, considerando il caso di impedimento a celebrare la liturgia comunitariamente in chiesa come da indicazioni dei Vescovi per i territori di loro competenza, sono giunte a questa Congregazione istanze concernenti le prossime festività pasquali. Al riguardo si offrono indicazioni generali ed alcuni suggerimenti ai Vescovi.

1 – **Circa la data della Pasqua.** Cuore dell'anno liturgico, la Pasqua non è una festa come le altre: celebrata nell'arco di tre giorni, il Triduo Pasquale, preceduta dalla Quaresima e coronata dalla Pentecoste, non può essere trasferita.

2 – **La Messa crismale.** Valutando il caso concreto nei diversi Paesi, il Vescovo ha facoltà di rimandarla a data posteriore.

3 – **Indicazioni per il Triduo Pasquale.**

Dove l'autorità civile ed ecclesiale ha dato restrizioni, per il Triduo Pasquale ci si attenga a quanto segue.

I Vescovi daranno indicazioni, concordate con la Conferenza Episcopale, affinché nella chiesa cattedrale e nelle chiese parrocchiali, pur senza la partecipazione fisica dei fedeli, il Vescovo e i parroci celebrino i misteri liturgici del Triduo Pasquale, avvisando i fedeli dell'ora d'inizio in modo che possano unirsi in preghiera nelle proprie abitazioni. In questo caso sono di aiuto i mezzi di comunicazione telematica in diretta, non registrata.

La Conferenza Episcopale e le singole diocesi non manchino di offrire sussidi per aiutare la preghiera familiare e personale.

Il **Giovedi Santo**, nelle chiese cattedrali e parrocchiali, in misura della reale possibilità stabilita da chi di dovere, i sacerdoti della parrocchia pos-

sono concelebrare la Messa nella Cena del Signore; si concede eccezionalmente a tutti i sacerdoti la facoltà di celebrare in questo giorno, in luogo adatto, la Messa senza il popolo. La lavanda dei piedi, già facoltativa, si omette. Al termine della Messa nella Cena del Signore si omette la processione e il Santissimo Sacramento si custodisca nel tabernacolo. I sacerdoti che non hanno la possibilità di celebrare la Messa pregheranno invece i Vespri (cfr *Liturgia Horarum*).

Il **Venerdì Santo**, nelle chiese cattedrali e parrocchiali, in misura della reale possibilità stabilita da chi di dovere, il Vescovo / il parroco celebra la Passione del Signore. Nella preghiera universale il Vescovo diocesano avrà cura di stabilire una speciale intenzione per i malati, i morti, chi si trova in situazione di smarrimento (cfr *Missale Romanum,* pag. 314 n. 13).

Domenica di Pasqua. Veglia Pasquale: la si celebra solo nelle chiese cattedrali e parrocchiali, in misura della reale possibilità stabilita da chi di dovere. Per l'"Inizio della veglia o lucernario" si omette l'accensione del fuoco, si accende il cero e, omessa la processione, si esegue l'annunzio pasquale (*Exsúltet*). Segue la "Liturgia della parola". Per la "Liturgia battesimale", soltanto si rinnovano le promesse battesimali (cfr *Missale Romanum,* pag. 371, n. 55). Quindi la "Liturgia eucaristica".

Quanti in nessun modo possono unirsi alla Veglia Pasquale celebrata in chiesa, pregano l'Ufficio delle Letture indicato per la Domenica di Pasqua (cfr *Liturgia Horarum*).

Per i monasteri, i seminari, le comunità religiose, decida il Vescovo diocesano.

Le espressioni di pietà popolare e le processioni che arricchiscono i giorni della Settimana Santa e del Triduo Pasquale, a giudizio del Vescovo diocesano potranno essere trasferite in altri giorni convenienti, ad es. il 14 e 15 settembre.

De mandato Summi Pontificis pro hoc tantum anno 2020.

Dalla Sede della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, 19 marzo 2020, solennità di san Giuseppe, Patrono della Chiesa universale.

Robert Card. Sarah
Prefetto

✠ Arthur Roche
Arcivescovo Segretario

II

Tempore viri coronarii seu Covid-19 (II)

Considerato il rapido evolversi della pandemia da Covid-19 e tenendo conto delle osservazioni pervenute dalle Conferenze Episcopali, questa Congregazione offre un aggiornamento alle indicazioni generali e ai suggerimenti già dati ai Vescovi nel precedente decreto del 19 marzo 2020.

Dal momento che la data della Pasqua non può essere trasferita, nei paesi colpiti dalla malattia, dove sono previste restrizioni circa gli assembramenti e i movimenti delle persone, i Vescovi e i Presbiteri celebrino i riti della Settimana Santa senza concorso di popolo e in luogo adatto, evitando la concelebrazione e omettendo lo scambio della pace.

I fedeli siano avvisati dell'ora d'inizio delle celebrazioni in modo che possano unirsi in preghiera nelle proprie abitazioni. Potranno essere di aiuto i mezzi di comunicazione telematica in diretta, non registrata. In ogni caso rimane importante dedicare un congruo tempo alla preghiera, valorizzando soprattutto la *Liturgia Horarum.*

Le Conferenze Episcopali e le singole diocesi non manchino di offrire sussidi per aiutare la preghiera familiare e personale.

1 – **Domenica della Palme.** La Commemorazione dell'Ingresso del Signore a Gerusalemme si celebri all'interno dell'edificio sacro; nelle chiese Cattedrali si adotti la seconda forma prevista dal Messale Romano, nelle chiese Parrocchiali e negli altri luoghi la terza.

2 – **Messa crismale**. Valutando il caso concreto nei diversi Paesi, le Conferenze Episcopali potranno dare indicazioni circa un eventuale trasferimento ad altra data.

3 – **Giovedì Santo**. La lavanda dei piedi, già facoltativa, si ometta. Al termine della Messa nella Cena del Signore si ometta anche la processione e il Santissimo Sacramento si custodisca nel tabernacolo. In questo giorno si concede eccezionalmente ai Presbiteri la facoltà di celebrare la Messa senza concorso di popolo, in luogo adatto.

4 – **Venerdì Santo**. Nella preghiera universale i Vescovi avranno cura di predisporre una speciale intenzione per chi si trova in situazione di smarrimento, i malati, i defunti, (cfr *Missale Romanum*). L'atto di adorazione alla Croce mediante il bacio sia limitato al solo celebrante.

5 – **Veglia Pasquale**. Si celebri esclusivamente nelle chiese Cattedrali e Parrocchiali. Per la liturgia battesimale, si mantenga solo il rinnovo delle promesse battesimali (cfr *Missale Romanum*).

Per i seminari, i collegi sacerdotali, i monasteri e le comunità religiose ci si attenga alle indicazioni del presente Decreto.

Le espressioni della pietà popolare e le processioni che arricchiscono i giorni della Settimana Santa e del Triduo Pasquale, a giudizio del Vescovo diocesano, potranno essere trasferite in altri giorni convenienti, ad esempio il 14 e 15 settembre.

De mandato Summi Pontificis pro hoc tantum anno 2020.

Dalla Sede della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, 25 marzo 2020, solennità dell'Annunciazione del Signore.

Robert Card. Sarah
Prefetto

✠ Arthur Roche
Arcivescovo Segretario

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

OLINDENSIS ET RECIFENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Damiani a Bozzano (in saeculo: Pii Giannotti), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1898-1997)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae enim mihi est, si non evangelizavero! Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est» (*I Cor* 9, 16-17).

Redemptionis mysterii nuntius maxima significatio caritatis est. Servus Dei Damianus a Bozzano (in saeculo: Pius Giannotti) Verbum Dei nuntiavit, Panem vitae fregit, peccatores Deo reconciliavit et ad sanctitatem omnes exhortatus est per plus quam sex et sexaginta sacerdotii annos.

Servus Dei Bozzani apud Massam Grausam, in archidioecesi Lucensi, die 5 mensis Novembris anno 1898 natus est. Ex familia filii duo sacerdotes et una filia soror facti sunt. Iam a pueritia vitae religiosae desiderium manifestum fecit, itaque anno 1910 Seminarium Seraphicum Fratrum Minorum Capuccinorum in pago v.d. *Camigliano* apud Capannorem ingressus est. Nomine Damiani anno 1914 novitiatum inchoavit. Anno 1917 miles Regii Italici Exercitus ad arma vocatus est et super Montem v.d. *Grappa* eius crura gelu contabuerunt. Postea, exercitu demissus, Romam petivit ad studia perficienda. Illic die 30 mensis Octobris 1921 vota perpetua emisit atque dogmaticae theologiae, philosophiae et iuris canonici doctor apud Pontificiam Universitatem Gregorianam graduatus est. Die 5 mensis Augusti anno 1923 presbyteratus ordinem recepit. Magister novitiorum fuit Villae Basilicae et in Seminario Dioecesano Lucensi docuit. Anno 1928 Massae Lunensis iuvenum fratrum in formatione moderator et magister in studiorum capuccina domu constitutus est.

Anno 1931 Brasiliam est profectus, ubi missionum popularium predicationi, sacramento Paenitentiae administrando et fidelium spirituali moderationi

se dedidit. Status v.d. *Pernambuco*, *Alagoas*, *Paraiba* e *Rio Grande do Norte* regiones fuerunt ubi ministerium sacerdotalem perfudit ut discipulus Christi et verus sancti Francisci Assisiensis filius. Ubicumque populus concurrebat ad *frei Damião*, ut vulgariter nuncupabatur, praedicantem audiendum et in plurimis horis cum in confessionario manebat occurrendum. Cunctae fere civitates quae ab eo Evangelii nuntium receperunt, deinde eum civem honoris causa ascripserunt. Praecepto fidelis ad quod omnia quae non dantur muneri perduntur, liberalis fuit caritati Christi respondens, communionem cum omnibus servans necnon egenos atque societate exclusos excipiens. Eius humanitatis et fidei experientia plane describitur in franciscanae spiritualitatis lumine. Extremi sex eius vitae menses dolore signati sunt, cum totiens ob insufficientiam respiratoriam in valetudinario receptus est. In Reali Lusitano Recifensi valetudinario die 31 mensis Maii anno 1997 animam suam Deo reddidit. Insequentibus diebus magnus populi concursus diligenti ac grato animo eius feretrum visitavit et pro eo precatus est in ludis agro v.d. *Estadio de Arruda*. Sic omnes testimonium praebuerunt de fama sanctitatis qua tota vita habitus est.

Hac fama sanctitatis perdurante, iuxta Curiam ecclesiasticam Olindensem et Recifensem a die 12 mensis Iunii anno 2003 ad diem 27 mensis Maii anno 2012 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 25 mensis Octobris anno 2013 est approbata. Exarata Positione, consuetas secundum normas disceptatum est an Servus Dei heroicum in modum virtutes exercuisset. Die 6 mensis Februarii anno 2018 Peculiaris Theologorum Consultorum Congressus, prospero cum exitu, celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione die 26 mensi Martii anno 2019 congregati, me ipso Angelo Cardinali Becciu praesidente, Servum Dei heroum in modum virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Damiani a Bozzano (in saeculo: Pii Giannotti), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Aprilis a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

TAURINENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Consolatae Betrone (in saeculo: Petrinae), Monialis professae Clarissarum Capuccinarum (1903-1946)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Ego dilecto meo, et ad me appetitus eius» (*Ct* 7, 11).

Carmen Cantici Sponsae in spiritualitate Servae Dei Consolatae (in saeculo: Petrinae) Betrone reviviscit, quae omnia temporis suae brevis vitae momenta in continentem actum amoris ad Patris gloriam et mundi salutem vertit.

Serva Dei Salutiis nata est die 6 mensis Aprilis anno 1903. Domestice ad christianam fidem valde instructa, adulescens Associationi Filiarum Mariae interfuit, maiorem sic fervorem religiosum atque erga Virginem Mariam devotionem reddens. Una cum familia sua commigrata Taurinum anno 1917, operam suam Sancti Miximi paroeciae commodavit et femininae Actionis Catholicae parti. Cotidie Eucharistiam recipiebat et se ad vitam religiosam vocari percipere incepit. Ad eius vocationis conquisitionem maximi momenti fuerunt aliqua verba sancti Ioannis Bosco, quae in eius manu scripto Serva Dei legit et propter quae ultimae decisionis horam pervenisse intellexit, necnon quod de se sancta Teresia a Iesu Infante scripsit, videlicet: “Tam amare velim Iesum, ut numquam amatus ab illo sit capax eum amare”, quod autem in Servae Dei corde cupiditatem imitationis excitavit. Communitatem Taurinensem Capuccinarum Burgi Padi ingressa est et nomen Consolatam assumpsit. Die 8 mensis Aprilis anno 1934 vota perpetua emisit.

Illo tempore singularium spiritualium donorum prima signa habuit, in communionem Domini progressa et in virtutum exercitium. Iesum amare et animas cunctas, sed maxime longinquiores, ad eum perducere certissimum opus eius factum est. Ex hoc minima via amoris orta est per precem: “Iesu! Maria! Ego vos amo. Animis salutem afferte”. Diu noctuque orationi dedita, iuxta franciscanam spiritualitatem quam erat amplexa, in paupertate et laetitia vixit, oboediens atque humilis. In sua religiosa domo primum operam pingendo dedit, postea humillimis et operosissimis muneribus functa est, videlicet ianitricis, sutricis, coquae curamque cuiuscumque huiusmodi rei in monasterio habentis. Seniores aegrotantesque sorores curavit, in quibus sui patientis Sponsi vultum agnoscebat.

Anno 1938 missa est ad novae conditionis monasterium Montis Rotundi apud Montem Calerium. Illic annos secundi mundani belli consummavit, in quibus se Deo hostiam pacis obtulit, pro Summi Pontificis Pii XII intentionibus, pro Ecclesia proque iuvenibus in fronte militantibus. Bello extinto, mense Novembri anno 1954 Serva Dei in phtisicorum valetudinarium recepta est, unde inter insanabiles Sancti Aloisii Taurini se contulit. Extremis vitae diebus medici assensi sunt ut in monasterium rediret. Quarto et quadragesimo annum aetatis agebat. Quattuordecim fere post postremae colluctationis diebus, prima luce diei 18 mensis Iulii anno 1946, omnino Christi Cordi commissa, animam suam Deo reddidit.

Eius fama sanctitatis, iuxta Curiam ecclesiasticam Taurinensem a die 8 mensis Februarii anno 1995 ad diem 23 mensis Aprilis anno 1999 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 7 mensis Aprilis anno 2000 est approbata. Positione exarata, consuetas secundum normas disceptatum est an Serva Dei in gradu heroico virtutes christianas exercuisset. Fausto cum exitu, die 12 mensis Iunii anno 2018 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die 2 mensis Aprilis anno 2019 congregati, me ipso Angelo Cardinali Becciu praesidente, professi sunt Servam Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas heroicum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Consolatae (in saeculo: Petrinae) Betrone, Monialis Professae Clarissarum Capuccinarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Aprilis a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

MATRITENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Dominici Lázaro Castro, Sacerdotis professi Societatis Mariae (Marianistarum) (1877-1935)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; et, qui ad iustitiam erudierint multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates » (*Dn* 12, 3).

Heac verba valde tribui possunt Servo Dei Dominico Lázaro Castro, qui omnino vita suam tradidit christianae puerorum iuvenumque institutioni in arduis catholicae Hispanicae Ecclesiae temporibus.

Servus Dei natus est Sancti Adriani v.d. *de Juarros*, in dioecesi Burgensi, die 10 mensis Maii anno 1877. Iam a pueritia sui acris intellectus ac altae religiosae pietatis testimonium praebuit. Postquam Societatem Mariae ingressus, Nova Victoria in Hispania, Musciacum, Pontacq, Vesuntio et Canua loca fuerunt primorum eius vitae in religione graduum. Die 15 mensis Augusti anno 1898 Axcorrociae vota perpetua emisit et insequenti mense Octobri Novae Victoriae est nominatus magister novitiorum, dum apud Facultatem Philosophiae Litterarumque Matriti studium incipiebat. Uno post anno in domum formationis Axcorrociensem migravit. Anno 1903, Licentia in litteris Matriti graduatus, missus est ad Seminarium Internationale Marianistarum Friburgi in Helvetia, ubi cursum studiorum apud Facultatem Theologicam Patrum Praedicatorum Ordinis frequentavit. Die 5 mensis Augusti anno 1906 Friburgi presbyterus ordinatus est. Cappellanus fuit Societatis Mariae Collegii Sancti Sebastiani, cuius anno 1907 rector est factus. Per praedicationem, colloquia scriptaque magnam operam educationis perfecit pro religiosis, alumnis atque familiis eorum. Undequadraginta annos natus, Hispanicae Provinciae Marianistarum Provincialis electus est. Spiritum renovationis iuxta ipsius instituti Constitutiones excitavit, spiritualia exercitia praedicavit, primam formationem religiosorum curavit et iuvenes Societatis Mariae professos ad arma vocatos substinuit. Anno 1918 librum qui vulgo *Doctrina y Vida Cristiana* inscribitur edidit ad religionem catholicam docendam et anno 1922 quoddam *Manual del Congregante* ad congregationes Virgini Mariae dicatas. In mariana devotione coniungere valuit et filii pietatem quae sodalem Societatis Mariae decet et suae vocationis apostolicum habitum.

Anno 1924 munus Provincialis demisit ut Collegii v.d. *Nuestra Señora del Pilar* Matriti rector fieret. Hic ordinem et industriam fovit, una cum recto libertatis et cuiusque auctoritatis sensu. Religiosam institutionem alumnorum perduxit, omnes ad sanctitatem exhortans. Vividus religionis sensus eius praecipue in sancti Sacrificii celebratione fulgebat et in orationis intentione animi, ita ut ipse omnia pro Deo perficeret.

Anno 1930, Petro Cardinali Segura y Sáenz consentiente unaque cum sancto Petro Poveda Castroverde et aliis, Foederationem ad docendum Amicorum fundavit. Anno 1931 Secunda Res Publica Hispanica renuntiata est et Servus Dei, maxime per ephemeridem v.d. *Atenas*, defensoris ac adiutoris munere christianorum educationis institutorum functus est.

Extremi eius vitae anni corporis etiam labore signati sunt. Die 22 mensis Februarii anno 1935 pie in Domino obdormivit. Plurimi ex alumnis familiisque eorum corpus eius illis diebus visitaverunt et magnus populus exsequiis eius interfuit.

Sanctitatis fama iuxta Curiam ecclesiasticam Matritensem a die 27 mensis Septembris anno 1988 ad diem 20 mensis Decembris anno 1995 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 26 mensis Aprilis anno 1996 est approbata.

Confecta Positione, die 16 mensis Aprilis anno 2013 Historicorum Consultorum Congressus habitus est. Deinde consuetas secundum normas disceptatum est an Servus Dei heroico in gradu virtutes excoluisset. Fausto cum exitu, die 10 mensis Novembris anno 2016 Peculiaris Theologorum Consultorum Congressus celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi die 16 mensis Aprilis anno 2019 in Sessione Ordinaria congregati, me Angelo Cardinali Becciu praesidente, Servum Dei heroum in modum virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Dominici* Lázaro Castro, Sacerdotis professi Societatis Mariae (Marianistarum), in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii a.D. 2019.

ANGELUS CARD. BECCIU
Praefectus

L. ✠ S.

✠ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

BRIXIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Luciae ab Immaculata (in saeculo: Mariae Ripamonti), Sororis professae e Congregatione Ancillarum a Caritate (1909-1954)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Lucia ab Immaculata (in saeculo: Maria Ripamonti) Aquatis, Leuci in provincia, die 26 mensis Maii anno 1909 est nata. Instituta et creta paroeciali in schola, iam a pueritia amoris erga Dominum germen ostendit.

In filificio primum operam dedit et deinde in electricarum lampadum fabrica, ut suam magnam familiam adiuvaret et sustineret. Eius vitam quaedam acerbitates gravaverunt scilicet paupertas, sororis minimae natu mentis insania et cuiusdam fratris inconsulta ratio vitae. Cotidiana oratione, silentio ac sacrificio Serva Dei ad Domini accitum respondendum, qui magis magisque amplificabatur, se parabat. In principio anni 1932 Brixiae Institutum Ancillarum a Caritate est ingressa et anno 1935 professionem ad tempus emisit, nomen Luciae ab Immaculata accipiens; die autem 13 mensis Decembris anno 1938 perpetua vota edidit. Vitam gessit cordis laetitia, excipiens ac ministrans omnes qui coenobii ostium pulsabant. Hoc vehementius accidit, flagrante secundo mundano bello, cum hospitium claustri populo factus est locus maximi momenti et refugium multis, qui auxilio materiali et spirituali egebant. Victimam satisfactionis ad peccatorum salutem se obtulit. Graviter aegrota, die 4 mensis Iulii anno 1954 Brixiae obivit. Summus Pontifex Franciscus die 27 mensis Februarii anno 2017 heroicas eius virtutes approbavit.

Beatificationem inspiciens, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum miram cuiusdam puellae sanationem, quam octavum aetatis suae annum agentem autoraeda incursaverat, subiecit. Erat ille dies 26 mensis Aprilis anno 1967. Puella apud Bauzanense civile valetudinarium statim delata est et eius condicio ob gravitatem desperata videbatur, magna enim cerebri commotio cum consequenti sensuum amissione, respirationis paucitas, arrhythmia pulsus necnon multae contusiones toto in corpore com-

pertae sunt. Eius condicio irreparabilis iam videbatur. Puella ergo traducta est in valetudinarii chirurgicam aream, dum parentibus proximus puellae exitus communicaretur. Illis diris adiunctis soror quaedam Congregationis Ancillarum a Caritate puellae parentes adhortabatur ut Servam Dei invocarent ad filiae sanationem impetrandam. Parva Venerabilis Servae Dei imago subter cervical, in quo puella iacebat, est posita. Repente, quattuor diebus post occursum viarium, medici aegrotae valetudinis renovationem animadverterunt, quae paulo post a somno comatico est suscitata et fere post unum mensem domum rediit bona valetudine fruens et sine ullis neurologicis vel corporis vel mentis exitibus.

Evidens est concursus temporis et consequentia inter Venerabilis Servae Dei invocationem et puellae sanationem, quae deinceps naturali socialique vita pollens, sana vixit.

De hac sanatione, mira aestimata, iuxta Curiam Ecclesiasticam Bauzanensem - Brixinensem a die 7 mensis Augusti ad diem 20 mensis Novembris anno 2012 Inquisitio Dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 5 mensis Iulii anno 2013 est approbata. Medicorum Consilium huius Dicasterii in sessione diei 5 mensis Iulii anno 2018 declaravit sanationem celerem, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 18 mensis Octobris anno 2018 Congressus actus est Peculiaris Theologorum Consultorum. Die autem 16 mensis Aprilis anno 2019 Patres Cardinales et Episcopi se congregaverunt, me Angelo Cardinale Becciu praesidente. In utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Luciae ab Immaculata (in saeculo: Mariae Ripamonti), Sororis professae e Congregatione Ancillarum a Caritate, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione cuiusdam puellae a "politrauma con grave trauma cranico, coma, insufficienza respiratoria acuta, arresto cardiaco, stato di shock, crisi generale tonico-cloniche".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CAXIENSIS AUSTRALIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Salvatoris de Casca (in saeculo: Herminii Pinzetta), Laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1911-1972)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Modestia, oratio, labor».

Hoc breve elogium in sepulcro Servi Dei Salvatoris de Casca (in saeculo: Herminii Pinzetta) insculptum cunctam vitam eius complectitur, qui humilitatem, laetitiam ac pacem cotidiano expertus est, firmamentum in Christi sequela perseverantiae obtestans iuxta sancti Pauperculi Assisiensis vestigia.

Servus Dei Cascae, in Brasiliae statu v.d. *Rio Grande do Sul*, die 29 mensis Iulii anno 1911 natus est. Familiae patris atque matris eius ab Italica Mantuana provincia Brasiliam altero dimidio undevicesimi saeculi commigraverant. Baptismi nomen Herminii ei impositum est. Primos vitae tres et tringinta annos vixit familiam in agrorum cultu animaliumque cura coadiuvans, virtute eminens et Virgini Mariae atque sancto Aloisio Gonzaga excellenter devotus.

Per aliquot meditationis orationisque tempus conventus Capuccinorum in oppido v.d. *Marau* hospitio usus est, postea anno 1945 in conventum oppidi v.d. *Flores de Cunha* uti postulans receptus. Hic novitiatum incohavit, nomen Salvatoris accipiens. Die 6 mensis Ianuarii anno 1949 vota perpetua professus est. Ab anno 1949 ad annum 1962 ei commissa sunt plurima officia, sicut horti vineaeque cultus vel ordo novitiorum servilium operum. Ianitoris etiam atque coqui munere functus est. In conventu bene existimatus, omnibus a civibus propter suum benignum mitemque habitum amabatur. Anno 1961 magister novitiorum factus est.

In contentione quae annis sexaginta praeteriti saeculi facta est non amisit quietem suam et religiosis votis fidelis mansit et humili vivendi modo qui per Dominum omnes res gerebat. Die 22 mensis Aprilis anno 1970 Episcopus Caxiensis Australis ei mandatum ministri extraordinarii sanctae Communionis contulit in paroecia oppidi v.d. *Flores de Cunha*, quod perficiens Servus Dei exemplarem ostendit Eucharistiae devotionem atque aegrotorum ministerium tam domi quam in valetudinario, adeo ut uno post anno

munus ei committeretur pastoralis fovendi operis ad aegrotos et novorum ministrorum extraordinariorum sanctae Communionis instruendorum. Omnia perfecit sicut continuam laudem Dei et gratiarum actionem, constanti atque ardenti oratione substentus necnon Virginis Mariae dilectione. In cunctis parvis cotidianis rebus semper Deo placere quaesivit.

Die 31 mensis Maii anno 1972 ei cerebri haemorragiae diagnosis facta est, ob quam iam pridie caput eius dolebat. Eodem die 31 mensis Maii occidente sole animam suam Deo reddidit.

Eius sanctitatis fama, iuxta Curiam ecclesiasticam Caxiensem Australem a die 13 mensis Aprilis anno 2011 ad diem 21 mensis Maii anno 2012 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas est approbata ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 18 mensis Ianuarii anno 2013. Exarata Positione, consuetas secundum normas an Servus Dei heroum in modum virtutes excoluisset disceptatum est. Die 5 mensis Iunii anno 2018 Peculiaris Theologorum Consultorum Congressus, prospero cum exitu, celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi die 7 mensis Maii anno 2019 in Sessione Ordinaria congregati, me ipso Angelo Cardinali Becciu praesidente, Servum Dei in modo heroico virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Salvatoris de Casca (in saeculo: Herminii Pinzetta), Laici Professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Caroli Salerio, Sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, Fundatoris Instituti Sororum a Reparatione (1827-1870)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«In caritate redemptio».

Ad dilectionem et per dilectionem Christi ab omni rerum morumque miseria salvare propositum vitae fuit Servi Dei Caroli Salerio, cui ille fidelis fuit cuncta in eius brevi at industriosa vita primum in terris missionis ad gentes, postea in sinu urbis.

Servus Dei Mediolani die 22 mensis Martii anno 1827 natus est. Familia eius tam religiosa erat ut quattuor ex filiis consecrarent in sacerdotio vel in vita religiosa. Seminarium Sancti Petri Sevexi, philosophicum Modiciae atque maius apud Portam Orientalem Mediolani frequentavit. Sicut plurimi sacerdotes ac seminarii alumni, militibus subveniens, vulneratis succurrens et aliqua saepimenta erigens, anno 1848 partem habuit quinque dierum Mediolanensium et studentium exercitus in primo libertatis Italico bello. Presbyterus ordinatus est die 25 mensis Maii anno 1850.

Illo tempore Venerabilis Servus Dei Angelus Ramazzotti Solomni Seminarium Langobardum pro Missionibus Exteris aperuit, quod deinde Mediolanum tralatum est et ex quo Pontificium Institutum pro Missionibus Exteris est ortum. Primi duo Mediolanenses sacerdotes beatus Ioannes Mazzucconi et Servus Dei Carolus Salerio novum seminarium ingressi sunt. Una cum aliis sacerdotibus duobusque catechistis laicis in Oceaniam profecti sunt, immo nominatim in insulam v.d. *Woodlark* in Melanesia, hodie v.d. *Muyua* in Libera Civitate Papuae Novae Guineae. Missio ardua fuit et periculis plena: beatus Ioannes Mazzucconi martyr interfectus est, unus ex duobus catechistis febribus obiit et ipse Servus Dei paene casurus fuit in manus eum occidere quaerentium. Linguam indigenarum didicit, res obiectas collegit et imagines tabellasque geographicas locorum delineavit. Paucis post annis statutum est ut reliqui missionarii Mediolanum redirent, ubi Servus Dei iuvenum missionariorum instrutioni et apostolatui missionario se tradidit.

Una cum pia muliere Carolina Orsenigo anno 1859 Consortium Piarum Dominarum Reparatricium Domus Nazareth, post Institutum Sororum a Reparatione, fundavit. Nova religiosa familia sibi proponebat reparationem per Iesu Eucharistici adorationem necnon mulierum corporis vel moralitatis cuiuslibet generis pericula obiectatarum acceptionem, iuvenum e carcere viisve dimissarum curam atque adulescentium in pauperrimis familiis natarum educationem. Servus Dei, qui in Seminario Langobardo pro Missionibus Exteris morari perrexit, vitam instituti a se fundati continenter secutus est, magnis cum fortitudine et sapientia primos gradus perduxit et primarum domorum condicionem. Cum huius temporis caritatis Mediolanensis hominibus communicavit ac acta diurna v.d. *L'Osservatore Cattolico* auxilio laboris adiuvit.

In Servi Dei Caroli Salerio habitu spes et caritas coniungebantur ad apostolicam actuositatem excitandam. Plurimas horas coram Tabernaculo precaturus exigebat et in Missae celebratione in Dei amorem mergebatur. Filii amorem veramque devotionem Virgini Mariae praestabat, cuius intercessioni omnibus in condicionibus se concredebat. Gloriae Dei omnino protentus, numquam Dei Verbum praedicandum atque Reconciliationis sacramentum ministrandum neglexit, una cum spirituali moderatione animarum suae prudentiae paternoque animo commissarum.

Phthisi haustus, Servus Dei die 29 mensis Septembris anno 1870 ante tempus obiit. Pervulgata est eius fama sanctitatis non solum in Italia sed etiam ubicumque Sorores a Reparatione hodie vivunt et agunt.

Hac sanctitatis fama, iuxta Curiam ecclesiasticam Mediolanensem a die 1 mensis Martii ad diem 2 mensis Octobris anno 2004 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 14 mensis Decembris anno 2007 approbata est. Exarata Positione dieque 23 mensis Iunii anno 2015 iudicio Congressus Consultorum Historicorum subiecta, consuetas secundum normas disceptatum est an Servus Dei heroum in modum virtutes excoluisset. Fausto cum exitu, die 16 mensis Octobris anno 2018 Peculiaris Theologorum Consultorum Congressus celebratus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione die 7 mensis Maii anno 2019 congregati, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Becciu praefui, Servum Dei heroico modo virtutes theologales, cardinales eisque adnexas exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

huius Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Caroli Salerio, Sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, Fundatoris Instituti Sororum a Reparatione, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Maii a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

ASTURICENSIS

Beatificationis seu Declarationis Martyrii Servarum Dei Mariae a Columna Gullón Yturriaga et II Sociarum Christifidelium Laicarum († 1936)

DECRETUM SUPER MARTYRIO

«Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam; qui autem perdiderit animam suam propter me, hic salvam faciet illam» (*Lc* 9, 23-24).

Domini adhortatio resonat in vita atque in morte trium Dei Servarum Mariae a Columna Gullón Yturriaga, Octaviae Iglesias Blanco et Olgae Pérez-Monteserín Núñez. Earum fidei testificationes adiunguntur ad praeclarum gregem martyrum qui sanguinem suum fuderunt tempore civilis belli Hispanici (1936-1939).

Serva Dei Maria a Columna Gullón Yturriaga nata est Matriti die 29 mensis Maii anno 1911, in familia admodum religiosa. Aqua baptisimali est abluta in ecclesia paroeciali sancti Genesii die 28 mensis Iunii et primo ad eucharisticam mensam accedit in Matritensi Collegio "Blanca de Castilla". Maior natu ex quattuor fratribus, nubilis, suam dicavit vitam vigilantiae parentum suorum, patris praesertim morbo laborantis. Fidei experientia, domo in sua comprobata, adauxit sane eius spiritalem vitam eiusque pro Ecclesia studium. Die 16 mensis Iulii anno 1936 eius familia adiit Asturiam unde originem duxerat: ibi gratia florebat atque morali observantia.

Serva Dei Octavia Iglesias Blanco nata est die 30 mensis Novembris anno 1894 Asturicensi in oppido Legionensi atque aqua lustrali est abluta die 9 mensis Decembris in paroecia sancti Iuliani. Ipsa quoque crevit in familia admodum christiana, quam curavit studio virtutum atque apostolicis muneribus, et insuper operam dedit condicioni coenobii Monacharum Redemptoristarum Asturiae, ubi soror eius monacha evadebat. Serva Dei munus sibi assumpsit assidendi patri suo aetate provecto, aegrotanti, deinde vero matri viduae; in numero erat consociationum Catholicae Actionis, Filiarum Mariae et Sacri Cordis Iesu; penitus devota, erat christianae religionis magistra.

Serva Dei Olga Pérez Monteserín Núñez nata est Lutetiae Parisiorum die 16 mensis Martii anno 1913 a parentibus Hispanis ortu, qui quidem Asturicense oppidum petiverunt anno 1920. Aqua baptisimali est abluta die 5 mensis Iulii anno 1913 in ecclesia sancti Francisci Xaverii. Nubilis atque admodum devota, se dedebat familiae curationi atque artificiosis operibus, prout sane didicerat a patre, probato pictore.

Est quidem martyrium Spiritus donum, quod praesertim post diuturnum virtutum iter expletur. Dei Servarum, de quibus est recordatio, fulgens stat christianarum virtutum exercitii exemplum, potissimum laicarum: martyrium earum exsistentiam coronavit. Ipsae enim, usque ad tempus earum necis, vitam duxerant servitio atque pastorali ministerio dicatam, se ipsas distinguendo precationis experientia, animi magnitudine, liberalitate atque constantia. Ipsae omnes consecutae erant a Cruce Rubra Asturicensi, mense Septembri anno 1936 instituta statim post belli initium, documentum adsidendi curationi vulneratorum in bello civili tamquam adiutrices voluntariae, nullo inducto ideologiae discrimine. Participes constitutae curriculi cui nomen *Damas Auxiliares*, vitam pietatis ac apostolatus ostenderunt una cum animi magnanimitate atque benignitate. Octavia quidem, plane periculi conscia, quamquam primitus non designata, semet ipsam obtulit pro Berta, Olgae sorore, ut vitaret amissionem duorum membrorum in eadem familia.

Illis in asperrimis contra religionem adiunctis – sacerdotes vexati, sacrae imagines combustae, ecclesia in stabulum conversa et Crucifixum in flumen abiectum – die 8 mensis Octobris anno 1936 Servae Dei appulerunt nosocomium oppidi v.d. *Puerto de Somiedo* (*Pola de Somiedo-Asturias*) et, quamquam suum octo dierum tempore munus expleverant, statuerunt pergendi in opera, ratione habita peculiaris discriminis. Die 27 exercitus irruit in parvum nosocomium, sed Maria a Columna, Octavia et Olga, quamquam eis facultas fugiendi dabatur, noluerunt secedere a vulneratis et persisterunt in opere exercendo, sed periculo se committendo. Saucii omnes, tamen, necati sunt et ministri ad publicam valetudinem pertinentes sunt capti.

Post longam deambulationem Servae Dei adductae sunt ad oppidum *Pola de Somiedo* una cum multis aliis captivis, inter quos dux, cappellanus et medicus, qui sunt necati. Servae Dei, quamquam ad Crucem Rubram pertinebant, traditae sunt belli curatoribus illius loci, qui conati sunt eas impellere ad fidem repudiandam pro libertate. Quo proposito refutato, ipsae traditae sunt militibus a quibus integram per noctem stuprum acceperunt.

Ipsae quidem, quamquam cruciatibus et contumeliis oppressae, supernaturali fortitudine et firma fide insidias tulerunt et ad martyrium fidei spiritu ac intensa prece se paraverunt. Denudatae ac in pratum ductae, medio die vicesimo octavo, dum clamabant *Vivat Christus Rex*, plumbo interfectae sunt a quibusdam mulieribus militibus, quae postea diviserunt sibi vestimenta eorum. Corpora, ignominiose tractata, relicta sunt usque ad vesperum, cum sepulta sunt in communi fovea, a quibusdam incolis coactis a militianis facta.

Martyrii fama Servarum Dei statim invasit ecclesialem communitatem, quam ob rem die 30 mensis Ianuarii anno 1938 earum exuviae, peculiare donationis signum acceptum tamquam symbolum magni momenti tributum Ecclesiae ab earum sacrificio, positae sunt in cathedrali ecclesia Asturicensi, navitatis dioecesanae centro. Die 28 mensis Iunii anno 1948, Nationali Consilio Crucis Rubrae postulante, translatae sunt in novum mausoleum in sacello sancti Ioannis Baptistae cathedralis ecclesiae.

Maria a Columna Gullón Yturriaga, Octavia Iglesias Blanco atque Olga Pérez Monteserín-Núñez pertinent ad hagiographicam historiam catholicae Ecclesiae veluti exemplaria testimonia integerrimae et supremae fidelitatis erga christianam fidem, testimonia caritatis proferentis amorem supremum erga Christum; etenim, maluerunt terrenam vitam perdere potius quam eum denegare: fulgens exemplum pro christiana communitate atque pro mundo toto. Haec Servae Dei vitam suam strenue obtulerunt Domino fratribusque: Domino, plaudentes sancta fortitudine ad Christum Regem; fratribus, sublimem caritatis virtutem erga omnes exercitantes. Itaque caritas, iuxta evangelica praecepta penitus iubentia, eas duxit ad supremum testimonium martyrii (cfr *Veritatis splendor*, 89).

Super martyrium Servarum Dei a die 24 mensis Martii anno 2006 ad diem 15 mensis Martii anno 2007 apud Curiam ecclesiasticam Asturicensem celebrata est Inquisitio dioecesana, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 4 mensis Iunii anno 2009 est approbata. Exarata *Positione,* die 23 mensis Octobris anno 2018 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, positivo cum exitu, habitus est. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione se congregaverunt die 4 mensis Iunii anno 2019, me Angelo Cardinale Becciu praesidente, et Servas Dei agnoverunt ob fidem suam in Christum et in Ecclesiam interfectas esse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de martyrio eiusque causa Servarum Dei Mariae a Columna Gullón Yturriaga et II Sociarum, Christifidelium Laicarum, in causa et ad effectum de quo agitur*.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Iunii a.D. 2019.

Angelus Card. Becciu
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Marcellus Bartolucci
Archiep. tit. Mevaniensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus Pp., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 7 Martii 2020. — Cathedrali Ecclesiae Urbevetanae - Tudertinae Exc. mum P.D. Valtherum Sigismondi, hactenus dioecesis Fulginatensis Episcopum.

die 11 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Salvatoris in Brasilia Em.mum P.D. Sergium S.R.E. Cardinalem da Rocha, hactenus Archiepiscopum Metropolitanum Brasiliapolitanum.

die 18 Martii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Cuncacestrensi R.D. Davidem Ernestum Carolum Evans, e clero archidioecesis Birminghamiensis, hactenus Vicarium Episcopalem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Birminghamiensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Ramsbiriensi R.D. Stephanum Iacobum Laurentium Wright, e clero archidioecesis Birminghamiensis, hactenus Vicarium Generalem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Birminghamiensis.

die 19 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Vallipolitanae R.D. Robertum Yenny García, e clero dioecesis Tampicensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Adelaidensi Exc.mum P.D. Patricium Michaëlem O'Regan, hactenus Episcopum dioecesis Saliensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Maraguiensi R.D. Moysem M. Cuevas, e clero archidioecesis Zamboangensis, hactenus paroeciae cathedralis Immaculatae Conceptionis Curionem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Zamboangensis.

die 21 Martii 2020. — Titulari Episcopali Ecclesiae Maurianensis R.P. Iosephum Adolphum Larregain, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Corrientensis.

die 25 Martii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Quiziensi R.D. Ioannem Kuboš, e clero dioecesis Scepusiensis, ibique hactenus paroeciae in oppido vulgo Kežmarok Curionem et Decanum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Birminghamiensi in Alabama Exc.mum P.D. Stephanum Ioannem Raica, hactenus Episcopum dioecesis Gaylordensis.

die 30 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Ialapensi in Guatimala R.D. Iosephum Benedictum Moscoso Miranda, e clero eiusdem dioecesis, hactenus Parocum paroeciae vulgo « La Sagrada Famiglia ».

die 31 Martii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Nasaitensi R.D. Aloisium Michaëlem Muñoz Cárdaba, Nuntium Apostolicum, cum archiepiscopali dignitate.

— Cathedrali Ecclesiae Suidniciensi Exc.mum P.D. Marcum Mendyk, hactenus Episcopum titularem Rusuccurrensem et Auxiliarem dioecesis Legnicensis.

die 2 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Chulucanensi R.D. Christophorum Bernardinum Mejía Corral, e clero dioecesis Lurenensis, hactenus Parochum paroeciae vulgo « Cristo el Salvador ».

die 3 Aprilis. — Titulari Episcopali Ecclesiae Marazanensi R.D. Christophorum Chudzio, e clero archidioecesis Premisliensis Latinorum, hactenus ibique paroeciae in oppido vulgo Jasienica Rosielna Curionem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Bellevillensi R.D. Michaëlem G. McGovern, e clero archidioecesis Chicagiensis, hactenus ibique Vicarium Episcopalem *ad interim* Vicariatus primi, Vicarium Foraneum decanatus I-C et Curionem paroeciae Sancti Raphaëlis Archangeli in oppido v.d. Old Mill Creek eiusdem archidioecesis.

ACTA TRIBUNALIUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Conceditur particularium indulgentiarum donum fidelibus morbo Covid-19, seu viro coronario affectis necnon operatoribus publicae saluti addictis, familiaribus et omnibus qui quovis modo, etiam prece, eos curant.

«Siate lieti nella speranza, costanti nella tribolazione, perseveranti nella preghiera» (*Rm* 12, 12). Le parole scritte da San Paolo alla Chiesa di Roma risuonano lungo l'intera storia della Chiesa e orientano il giudizio dei fedeli di fronte ad ogni sofferenza, malattia e calamità.

Il momento presente in cui versa l'intera umanità, minacciata da un morbo invisibile e insidioso, che ormai da tempo è entrato prepotentemente a far parte della vita di tutti, è scandito giorno dopo giorno da angosciose paure, nuove incertezze e soprattutto diffusa sofferenza fisica e morale.

La Chiesa, sull'esempio del suo Divino Maestro, ha avuto da sempre a cuore l'assistenza agli infermi. Come indicato da San Giovanni Paolo II, il valore della sofferenza umana è duplice: «È *soprannaturale,* perché si radica nel mistero divino della redenzione del mondo, ed è, altresì, profondamente *umano,* perché in esso l'uomo ritrova se stesso, la propria umanità, la propria dignità, la propria missione» (Lett. Ap. *Salvifici doloris,* 31).

Anche Papa Francesco, in questi ultimi giorni, ha manifestato la sua paterna vicinanza e ha rinnovato l'invito a pregare incessantemente per gli ammalati di Coronavirus.

Affinché tutti coloro che soffrono a causa del Covid-19, proprio nel mistero di questo patire possano riscoprire «la stessa sofferenza redentrice di Cristo» (*ibid.,* 30), questa Penitenzieria Apostolica, *ex auctoritate Summi Pontificis,* confidando nella parola di Cristo Signore e considerando con spirito di fede l'epidemia attualmente in corso, da vivere in chiave di con-

versione personale, concede il dono delle Indulgenze a tenore del seguente dispositivo.

Si concede l'*Indulgenza plenaria* ai fedeli affetti da Coronavirus, sottoposti a regime di quarantena per disposizione dell'autorità sanitaria negli ospedali o nelle proprie abitazioni se, con l'animo distaccato da qualsiasi peccato, si uniranno spiritualmente attraverso i mezzi di comunicazione alla celebrazione della Santa Messa o della Divina Liturgia, alla recita del Santo Rosario o dell'Inno *Akàthistos* alla Madre di Dio, alla pia pratica della *Via Crucis* o dell'Ufficio della *Paràklisis* alla Madre di Dio oppure ad altre preghiere delle rispettive tradizioni orientali, ad altre forme di devozione, o se almeno reciteranno il Credo, il Padre Nostro e una pia invocazione alla Beata Vergine Maria, offrendo questa prova in spirito di fede in Dio e di carità verso i fratelli, con la volontà di adempiere le solite condizioni (confessione sacramentale, comunione eucaristica e preghiera secondo le intenzioni del Santo Padre), non appena sarà loro possibile.

Gli operatori sanitari, i familiari e quanti, sull'esempio del Buon Samaritano, esponendosi al rischio di contagio, assistono i malati di Coronavirus secondo le parole del divino Redentore: «Nessuno ha un amore più grande di questo: dare la vita per i propri amici» (*Gv* 15, 13), otterranno il medesimo dono dell'*Indulgenza plenaria* alle stesse condizioni.

Questa Penitenzieria Apostolica, inoltre, concede volentieri alle medesime condizioni l'*Indulgenza plenaria* in occasione dell'attuale epidemia mondiale, anche a quei fedeli che offrano la visita al Santissimo Sacramento, o l'adorazione eucaristica, o la lettura delle Sacre Scritture per almeno mezz'ora, o la recita del Santo Rosario o dell'Inno *Akàthistos* alla Madre di Dio, o il pio esercizio della *Via Crucis,* o la recita della Coroncina della Divina Misericordia, o dell'Ufficio della *Paràklisis* alla Madre di Dio o altre forme proprie delle rispettive tradizioni orientali di appartenenza per implorare da Dio Onnipotente la cessazione dell'epidemia, il sollievo per coloro che ne sono afflitti e la salvezza eterna di quanti il Signore ha chiamato a sé.

La Chiesa prega per chi si trovasse nell'impossibilità di ricevere il sacramento dell'Unzione degli infermi e del Viatico, affidando alla Misericordia divina tutti e ciascuno in forza della comunione dei santi e concede al fedele l'*Indulgenza plenaria* in punto di morte, purché sia debitamente disposto e abbia recitato abitualmente durante la vita qualche preghiera

(in questo caso la Chiesa supplisce alle tre solite condizioni richieste). Per il conseguimento di tale indulgenza è raccomandabile l'uso del crocifisso o della croce (cfr *Enchiridion indulgentiarum*, n. 12).

La Beata sempre Vergine Maria, Madre di Dio e della Chiesa, Salute degli infermi e Aiuto dei cristiani, Avvocata nostra, voglia soccorrere l'umanità sofferente, respingendo da noi il male di questa pandemia e ottenendoci ogni bene necessario alla nostra salvezza e santificazione.

Il presente Decreto è valido nonostante qualunque disposizione contraria.

Dato in Roma, dalla sede della Penitenzieria Apostolica, il 19 marzo 2020.

Mauro Card. Piacenza
Penitenziere Maggiore

L. ✠ S.

Prot. n. 255/20/I

Krzysztof Nykiel
Reggente

NOTA

De Sacramento Paenitentiae hodierno tempore pandemiae.

«Io sono con voi tutti i giorni»
(*Mt* 28, 20)

La gravità delle attuali circostanze impone una riflessione sull'urgenza e la centralità del sacramento della Riconciliazione, unitamente ad alcune necessarie precisazioni, sia per i fedeli laici, sia per i ministri chiamati a celebrare il sacramento.

Anche in tempo di Covid-19, il sacramento della Riconciliazione viene amministrato a norma del diritto canonico universale e secondo quanto disposto nell'*Ordo Paenitentiae*.

La confessione individuale rappresenta il modo ordinario per la celebrazione di questo sacramento (cfr can. 960 CIC), mentre l'assoluzione collettiva, senza la previa confessione individuale, non può essere impartita se non laddove ricorra l'imminente pericolo di morte, non bastando il tempo

per ascoltare le confessioni dei singoli penitenti (cfr can. 961, § 1 CIC), oppure una grave necessità (cfr can. 961, § 1, 2° CIC), la cui considerazione spetta al Vescovo diocesano, tenuto conto dei criteri concordati con gli altri membri della Conferenza Episcopale (cfr can. 455, § 2 CIC) e ferma restando la necessità, per la valida assoluzione, del *votum sacramenti* da parte del singolo penitente, vale a dire il proposito di confessare a tempo debito i singoli peccati gravi, che al momento non era possibile confessare (cfr can. 962, § 1 CIC).

Questa Penitenzieria Apostolica ritiene che, soprattutto nei luoghi maggiormente interessati dal contagio pandemico e fino a quando il fenomeno non rientrerà, ricorrano i casi di grave necessità, di cui al summenzionato can. 961, § 2 CIC.

Ogni ulteriore specificazione è demandata dal diritto ai Vescovi diocesani, tenuto sempre conto del supremo bene della salvezza delle anime (cfr can. 1752 CIC).

Qualora si presentasse la necessità improvvisa di impartire l'assoluzione sacramentale a più fedeli insieme, il sacerdote è tenuto a preavvertire, entro i limiti del possibile, il Vescovo diocesano o, se non potesse, ad informarlo quanto prima (cfr *Ordo Paenitentiae*, n. 32).

Nella presente emergenza pandemica, spetta pertanto al Vescovo diocesano indicare a sacerdoti e penitenti le prudenti attenzioni da adottare nella celebrazione individuale della riconciliazione sacramentale, quali la celebrazione in luogo areato esterno al confessionale, l'adozione di una distanza conveniente, il ricorso a mascherine protettive, ferma restando l'assoluta attenzione alla salvaguardia del sigillo sacramentale ed alla necessaria discrezione.

Inoltre, spetta sempre al Vescovo diocesano determinare, nel territorio della propria circoscrizione ecclesiastica e relativamente al livello di contagio pandemico, i casi di grave necessità nei quali sia lecito impartire l'assoluzione collettiva: ad esempio all'ingresso dei reparti ospedalieri, ove si trovino ricoverati i fedeli contagiati in pericolo di morte, adoperando nei limiti del possibile e con le opportune precauzioni i mezzi di amplificazione della voce, perché l'assoluzione sia udita.

Si valuti la necessità e l'opportunità di costituire, laddove necessario, in accordo con le autorità sanitarie, gruppi di "cappellani ospedalieri straordinari", anche su base volontaria e nel rispetto delle norme di tutela

dal contagio, per garantire la necessaria assistenza spirituale ai malati e ai morenti.

Laddove i singoli fedeli si trovassero nella dolorosa impossibilità di ricevere l'assoluzione sacramentale, si ricorda che la contrizione perfetta, proveniente dall'amore di Dio amato sopra ogni cosa, espressa da una sincera richiesta di perdono (quella che al momento il penitente è in grado di esprimere) e accompagnata dal *votum confessionis*, vale a dire dalla ferma risoluzione di ricorrere, appena possibile, alla confessione sacramentale, ottiene il perdono dei peccati, anche mortali (cfr CCC, n. 1452).

Mai come in questo tempo la Chiesa sperimenta la forza della comunione dei santi, innalza al suo Signore Crocifisso e Risorto voti e preghiere, in particolare il Sacrificio della Santa Messa, quotidianamente celebrato, anche senza popolo, dai sacerdoti.

Come buona madre, la Chiesa implora il Signore perché l'umanità sia liberata da un tale flagello, invocando l'intercessione della Beata Vergine Maria, Madre di Misericordia e Salute degli infermi, e del suo Sposo San Giuseppe, sotto il cui patrocinio la Chiesa da sempre cammina nel mondo.

Ci ottengano Maria Santissima e San Giuseppe abbondanti grazie di riconciliazione e di salvezza, in attento ascolto della Parola del Signore, che ripete oggi all'umanità: «Fermatevi e sappiate che io sono Dio» (*Sal* 46, 11), «Io sono con voi tutti i giorni» (*Mt* 28, 20).

Dato in Roma, dalla sede della Penitenzieria Apostolica, il 19 marzo 2020

Solennità di San Giuseppe, Sposo della B.V. Maria, Patrono della Chiesa Universale

Mauro Card. Piacenza
Penitenziere Maggiore

Krzysztof Nykiel
Reggente

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in udienza in occasione della presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 21 marzo, S.E. il Sig Louis Léon Boguy Bony, Ambasciatore di Costa d'Avorio.

Il Romano Pontefice ha altresì ricevuto in Udienza:

Lunedì, 30 marzo, S.E. il Sig. Giuseppe Conte, presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Italiana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

31 marzo 2020 Il Rev.do Mons. Luis Miguel Muñoz Cárdaba, Consigliere di Nunziatura, elevandolo in pari tempo alla sede titolare di Nasai, con dignità di Arcivescovo, *Nunzio Apostolico in Sudan e in Eritrea.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

7 febbraio 2020 L'Ill.mo Sig. Christoph Graf, *Comandante della Guardia Svizzera Pontificia, col grado di Colonnello «in aliud quinquennium».*

3 marzo » Gli Em.mi Sig.ri Card.li Seán Patrick O'Malley e Ricardo Blázquez Pérez, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede «usque ad octogesimum annum».*
Gli Ecc.mi Mons.ri Stanisław Gądecki e Anthony Colin Fisher, *Membri della medesima Congregazione per la Dottrina della Fede «in aliud quinquennium».*

10 » » Il Rev.do Mons. Giuseppe Tonello, del clero romano, Cancelliere, Membro del Consiglio Presbiterale e della Commissione Disciplinare del Vicariato di Roma, *Consigliere della Penitenzieria Apostolica «ad quinquennium».*

» » » L'Em.mo Sig. Card. Daniel Fernando Sturla Berhouet, Arcivescovo di Montevideo (Uruguay), *Membro della Commissione Cardinalizia dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica «ad quinquennium».*
L'Em.mo Sig. Card. Rainer Maria Woelki, *Membro della medesima Commissione Cardinalizia dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica «in aliud quinquennium».*

17 » » Il Rev.do P. Marek Andrzej Inglot, S.I. (Polonia), Decano della Facoltà di Storia e Beni Culturali della Chiesa presso la Pontificia Università Gregoriana in Roma, *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche «ad quinquennium».*
Gli Ill.mi Sig.ri: Prof. Carlos René Salinas Araneda e Prof. Giovanni Maria Vian, *Membri del suddetto Pontificio Comitato di Scienze Storiche «in aliud quinquennium».*
Il Rev.do Josep-Ignasi Saranyana-Closa e gli Ill.mi Sig.ri: Prof. Ugo Baldini e Prof.ssa Giulia Gasparro Sfameni, *Membri dello stesso Pontificio Comitato di Scienze Storiche «usque ad octogesimum annum aetatis».*

30 marzo 2020 Gli Ecc.mi Mons.ri: Jean Laffitte e Guido Pozzo; i Rev.di Mons.ri Ángel Rodríguez Luño e Carlos José Errázuriz Mackenna; i Rev.di Padri Maurizio Pietro Faggioni, O.F.M., e Gianfranco Ghirlanda, S.I., *Consultori della Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

31 » » Il Dott. Emilio Ferrara, finora Officiale della Segreteria per l'Economia, *Direttore della Sezione Amministrativa della medesima Segreteria per l'Economia « ad quinquennium ».*

NECROLOGIO

9	marzo	2020	Mons. John Alexius Bathersby, Arcivescovo em. di Brisbane (*Australia*).
11	»	»	Mons. Sebastião Roque Rabelo Mendes, Vescovo tit. di Ploaghe, già Ausiliare di Belo Horizonte (*Brasile*).
15	»	»	Mons. Gilberto E. Chávez, Vescovo tit. di Magarmel, già Ausiliare di San Diego (*Stati Uniti d'America*).
20	»	»	Mons. Belarmino Correa Yepes, M.X.Y., Vescovo em. di San José del Guaviare (*Colombia*).
»	»	»	Mons. Justin Mulenga, Vescovo di Mpika (*Zambia*).
21	»	»	Mons. Soundararaju Periynayagam, S.D.B., Vescovo di Vellore (*India*).
22	»	»	Mons. Daniel Edward Pilarczyk, Arcivescovo em. di Cincinnati (*Stati Uniti d'America*).
23	»	»	Mons. Giuseppe Ma Zhongmu, Vescovo legittimo non-ufficiale em. di Yinchuan/Ningsia (*Cina Continentale*).
25	»	»	Mons. Angelo Moreschi, S.D.B., Vescovo tit. di Elefantaria di Mauritania, Vicario Apostolico di Gambella (*Etiopia*).
»	»	»	Mons. Henk Kronenberg. S.M., Vescovo em. di Bougainville (*Papua Nuova Guinea*).
31	»	»	Mons. Raphael S. Ndingi Mwana'a Nzeki, Arcivescovo em. di Nairobi (*Kenya*).
3	aprile	»	Mons. Giovanni Paolo Gibertini, O.S.B., Vescovo em. di Reggio Emilia-Guastalla (*Italia*).